tutela evitanda et pro eventum sue excusationes sint reiecte, tunc
compellatur tutelam subire cum pena et penis prout supius
est expressum.

De

Ad hec insuper constitutiones addicimus quod nu-
llus tutor possit habere litigium cum suo pu-
pillo durante tutella, sine tamen provisione tutoris
ut ei tempus non currat et sua iura remaneant salva absque.

additio

p(re)scriptione temporis quo duraverit dicta tutela.

De Curatore vel actore ad lites non compellendis ad inventarii confectionem.

Constituimus et ordinamus quod curator vel actor ad eas constitutus non teneatur facere inventarium de aliquo.

De Curatore dando hereditati seu aliis bonis vacantibus seu iacentibus.

Constituimus et ordinamus quod si contigat aliquam hereditatem seu bona aliqua esse iacentia, petentibus creditoribus vel aliis quorum interest debeat dari curator ipsis bonis ydoneus et sufficiens qui teneatur inventarium facere a die sue creationis usque ad xv dies facta in continenti publica proclamatione in loco solite habitationis defuncti cuius bona erunt quod si aliquis vult interesse confectioni dicti inventarii debeat talibus diebus certis esse ad videndum dictum inventarium confici. quod inventarium teneatur publicare in iudicio infra dictos dies et nisi modo et forma predictis inventarium confecerit, cum eo procedi possit sicut procedi potest contra tutores non conficientes inventarium.

nova constitutio

De Curationibus ...

Ut litibus finis celerior imponatur Constituimus et Ordin-
amus Quod si aliquis deponere voluerit querimoniam contra
aliquem habitatorem terre et panne forojulii super aliquibus
contractibus mutui debiti depositi vel comodati societatis tutele vel cure
aut aliquibus aliis rebus mobilibus vel factis ad quas vel que dictor ali-
quem sibi obligatum esse vel teneri asseret exceptis debitis de quibus se
vocaverit quietum per morem patrie illum vel illos de quo vel
quibus conqueri voluerit legiptime citari faciat cum cedula co-
tinente quantitatem seu rem pro qua aliqua quam quis petere inten-
dit et ei mandari faciat in predicta cedula pro primo termino quod compare
debeat et teneatur legiptime idest per se vel sufficientem et legipti-
mam personam sub pena viginti soldorum in primo termino Quod si
in primo termino non comparuit citetur per similem modum quod compare-
at sub pena quadraginta denariorum Et si in secundo termino com-
paruit teneatur ante omnia solvere xx^ti soldos Curie et reficere
expensas parti factas pro primis termino et contumacia Quod si in
secundo termino non comparuerit tercio citetur per similem modum ad
negandum vel confitendum Et si comparuerit in tercio termino
non audiatur nisi solutis xx^ti soldis et quadraginta denariis curie
et refectis expensis parti factis in dictis duobus terminis ad
aliquam deffensionem faciendam immo procedatur contra eum ac si
non fuisset contumax Si non in dicto tercio termino non comparuit et
si debitum vel res mobilis que petitur ascendit usque ad summam
centum librarum vel ab inde infra et non ultra nichil habeatur pro confesso
iurante tamen per sacramentum actore quod illud quod petit iuste habere
debet Quod Centum non libras supra non intelligatur contumax qu-
ietus nisi prius facta fide de eo quod petitum est per publica
instrumenta vel testes vel alias legiptimas probaciones quam quidem
fidem si ibidem facere non possit de eo quod petit illam facere
debeat quamque Et si pars adversa interim comparet ante

prima citato sub pena xx^ti soldorum

secunda sub pena xl denariorum

tercia citato ad negandum vel confitendum

a Centum libris infra contumax quietatur ab inde supra non nisi prius fide facta de credito

pars contumax comparens post tres terminos audiatur ante probaciones factas refectis expensis et solutis condempnacionibus

fidem factam admittatur ad suam deffensionem, prius refectis expensis
parti adverse et solutis quadruplis dietarum temporum citationum et per talem
comparitionem non revocetur aliquis processus factus contra eum in sui ab-
sentia vel contumacia ante ipsam comparitionem, set omnia acticata et
facta contra eum firma remaneant. ¶ Et predicte citationes reputentur
legiptime si in primis duobus terminis vel citationibus aut alio seu altera
earundem fuerit personaliter citatus et repertus vel ad domum seu locum
eius solite habitationis citatio facta fuerit cedula ibi dimissa alicui
de familia domus vel in domum seu locum predictos ubi melius et
propinquius potest, revocatis et abolitis decreto aliis relationibus nunciorum
et proclamationibus publicis que consueverunt fieri quando rei citan-
di personaliter non inveniebantur per precones. ¶ Et si in predictis duabus
citationibus seu termino vel altero ipsarum ipse citandus non fuerit perso-
naliter repertus set dicte due prime citationes facte fuerint ad domum
dimissa ibi cedula ut supra. Tunc si reus ~~non fuerit~~ in tercio termino
non fuerit personaliter inventus citetur per illa tercia vice per publicam
proclamationem ante domum vel locum sue solite ~~habitationis~~ ut com-
pareat in terminum decem dierum computandorum a die dicte citationis et illo
die incluso semper cedula data vel dimissa ut supra. ¶ Et si personaliter
repertus in dicto tercio termino nichilominus habeat dictus reus terminum
predictum .x. dierum. ¶ Si autem in primis duabus citationibus vel altera ipsarum
fuerit personaliter inventus tunc in tercia citatione possit actor facere citari
reum ad terminum quem voluerit, et hoc casu sufficiat simplex
citatio cum cedula dimissa ad locum vel domum habitationis ut supra sine
proclamatione. ¶ Si vero querimoniam aliquis exposuerit super ma-
sis domibus vel aliis cuiuscumque generis rebus inmobilibus seu stabilibus te-
similiter fiat citatio per cedulam continentem rem que petitur per
aliqua signa illam demostrantia. ¶ Et per primo termino citetur quod
compareat in decem dierum spacium a die citationis seu cedule presentationis

qualiter dicte citationes reputentur legiptime

Et si in predictis duabus citationibus vel altera ipsarum non fuerit repertus personaliter et per preconem proclamatur tercio citetur vel personaliter in termino dicto decem dierum, primo ad certam diem vel decem dies ut in additione ipse generatur

verba hec loco posita quia postea corriguntur in additione ipsa

Si reus personaliter inventus in altera de primis duabus citationibus, tunc reus tercio citetur ad terminum quem actor voluerit ad domum cum cedula sine proclamatione

De citationibus que fiunt super territoriis

verba hec loco posita quia corriguntur in additione ipse super quia debet fieri citatio ad certam diem vel decem dies

et illo die non incluso. Et si in dicto termino non comparuerit citetur secundo eo modo quo primo, et si in secundo non comparuerit citetur tercio simili modo. Et hec omnia locum habeant quando personaliter citati sunt de qua citatione stetur relationi preconis. ¶ Ubi autem in prima citatione non potest personaliter inveniri et citari, tunc preco citet ipsum ante locum suum vel domum sue solite habitationis sine proclamatione, dimissa cedula alicui de familia domus vel loci predictorum vel ubi melius et propinquius poterit, et similiter fiat in secundo termino si personaliter non invenitur. Qui non inventus personaliter in primis duobus terminis vel altero ipsorum citetur tercio. ¶ Et si tunc non fuerit personaliter inventus, tunc statim pro illa tercia citatione preco publice et alta voce cum proclamatione citet ipsum ante domum sive locum sue solite habitationis, alicui de familia loci vel domus cedula dimissa, vel ubi melius potest. ¶ Sed in isto tercio termino habeat terminum quindecim dierum. Eo autem personaliter invento in primo vel in secundo termino in tercio non habeat terminum nisi decem dierum sicut dictum est. ¶ In citandis autem communitatibus fiant cedule modo supradicto et infra prefatam dilationem et sufficiat presentari cedula decano ville aut officiali maiori et etiam publica proclamatio fiat per mittendum cedule in platea sive seu loco cui[?] communis civitatis[?]. ¶ Et si dies termini citationum earumdem inciderit in diem feriatam sequens non feriata et iuridica qua audientia[?] fiunt habeatur pro dicto termino et procedatur. ¶ Et predicta citatio sic modis predictis facta reputetur legittima et sufficiens in omnibus quibuscumque causis in quibus aliquis habitator dominii et districtus predictorum est citandus quibus sic premissis citationibus sic premissis reputentur sic citati ordinatis constitutionibus seu consuetudinibus aliquibus in contrarium editis vel observatis non obstantibus. Et premissa[?] dicta in citationibus tam pro causa pecuniaria quam territoria habeant locum quando aliqua dierum citationum emanaverint reo existente in contrata seu patria Foroiulii. ¶ Cum aliquis autem

Non habitans in districtu

Et reus non potest in prima citatione et in secunda personaliter reperiri sufficiant dicte citationes facte ad domum cum cedula dimissa sine proclamatione

Verba tercio loco posita que continentur in additione sunt que dicunt fieri citatio ad certum dies ultra terminum xv. dierum

Et reus nec in prima nec in secunda citatione nec in tercia reperiatur personaliter tunc in tercia citatione est per preconem proclamatione ad certa dies ultra xv. dies ut in additione. Quod si reperiatur personaliter tunc ad certa dies ultra x. dies ut in additione declaratur.

Verba quarto loco posita que continentur in additione sunt que dicunt fieri citatio ad dies ultra x. dies

De comunitatibus citandis

Si dies termini fuit feriata sequens non feriata reputetur pro termino

Non. quod predicte forme citationum non observantur quia aliqui citantur per mandatum antequam reperiantur[?] personaliter vel per cedulas vel per mandatum domini[?] vel per minus dierum et alie observantur obstantibus[?] que sequuntur de citationibus pupillorum[?] et in additione que contra[?]

Qualiter citantur vagabundi et qui non habitant sub domino domini patriarche et aquileiensi

non habitans in districtu et dnio dni patriarche et ecclie Aquilegien ad
petitionem alicuius cont cum querimoniam exponere volentis citari pe-
tit sive sit vagabundus sive notus sit ubi moratur preclictus tunc
talis in platea loci ubi iudicium redditur et etiam ante domum sue
solite habitationis siqua est alta voce preconia citetur cum cedula tribus
vicibus et pro qualibet citatione et vice habeat spacium quidem dierum
quinque ut veniat legiptime et peremptorie ad iudicium responsuru
conqueri volenti Et quod citato secunda non possit inficiari nisi po
termino quidem dierum elapso et si dies termini est feriata sequens
non feriata habeatur pro termino ut supra Forma autem Citationum supradicta
habeat et vendicet sibi locum in primis Citationibus faciendis ¶ Si vero
citari postulabitur ad procedendum in causa iam inchoata tunc sufficiat unica
citatio tantum per cedulam sibi porrectam vel ad domum facta infra terminum
competentem In qua cedula exprimatur ad quem actum singulariter
et specialiter ad procedendum debeat comparere Aliter non teneatur in
peremptorie per dnum patriarcham vel eius officialem alicui presenti in iudi
cio ut comparet certa die ad procedendum Quo casu sufficiat sim-
plex preceptum dicti dni patriarche vel eius officialis sine cedula et termi
nus primum dictum nec sufficiat simplex preceptum dni patriarche
vel eius officialis alicui presenti facitu pro prima citatione sed fiat per cedu-
lam ut supius continetur ¶ Relationes autem citationum et presentatio-
num litterarum cedularum possint et valeant preconis in iudicio
et extra presentibus partibus et absentibus fieri notariis causarum quas relationes
teneantur notarii scribere in actis cause quarum scripturis sicut
et ipsis preconibus qui presentaverunt et citaverunt adhibeatur
in iudicio plena fides. Et hec presens Constitutio vendicet sibi
locum etiam in pendentibus causis et questionibus ;

Sufficit unica citatio porrecta vel ad domum quando quis citatur ad procedendum in causa inchoata dum tamen specificetur ad quem actum citatur

vel per patriarcham vel eius preceptum in iudicio sine cedula alicui presenti ut compareat certa die ad procedendum

Relationes citationum possint fieri notariis et in iudicio et extra presentibus partibus vel absentibus

De Citationibus Rubrica.

Noua additio

Constitutionem superiorem sub Rubrica de Citationibus
editam in nostris curiis ac membris et prouinciis
Reformantes et Corrigentes et de nouo consti-
tuentes verba illa primo loco posita in dicta Constitutione s. infra termi-
num x. dierum tollimus et cassamus, loco quorum ponimus et posita
esse volumus verba hec v3 ad certam diem ultra terminum x.
dierum. Item verba illa secundo loco posita s. infra x. dierum spatium
similiter Cassamus et anullamus et loco illorum ponimus et posita
esse volumus verba s. ad certam diem citetur ultra spatium decem
dierum. Item verba illa in dicta constitutione tercio loco posita s. habeat
terminum xv. dierum similiter tollimus et cassamus, loco quorum
ponimus et posita esse volumus verba hec s. ad certam diem
citetur ultra terminum xv. dierum computandorum a die presentationis uel
proclamationis et dimissionis dicte cedule, illo die non computato.
Item verba illa in dicta constitutione quarto loco posita s. non
habeat terminum nisi decem dierum similiter tollimus et cassamus
loco quorum etiam ponimus et posita esse volumus verba hec s.
sufficiat si citetur ad certam diem ult. x dies computandos ut s.
Item ad euitandas cauillationes que possent contingere declara-
mus a dicta Constitutione de Citationibus que fiunt pro debitis in-
strumentorum quietationum depositorum finarum arbitrariarum exsecutionum
necnon citationes manutentionum ac et Citationes que fiunt pro iniuriis
diuersarum in quibus Casibus obseruari volumus modum et ordi-
nem in aliis constitutionibus super illis casibus editis limitatis,
non obstantibus forma dicte Constitutionis de Citationibus et con-
tentis in ea.

De Commissionibus preceptis, Citatoribus et Relatoribus per precones diebus singulis fiendis:

Antiquam consuetudinem sequentes et approbantes firmiter Constituimus et Ordinamus Quod tam diebus Iuridicis quam diebus solempnibus et feriatis possint per dominum patriarcham et eius vicarium vel officialem commissiones fieri preconibus de aliquibus citandis vel aliquibus mandatis fiendis, possintque dicti precones precepta et commissiones easdem iniunctas ac relationes [illegible] [illegible] dictis diebus facere, Salvo quod predicta non venderet sibi locum in feriis nativitatis et resurrectionis domini in quibus volumus omnia predicta silere:

De Terminis et modo procedendi in causa territorij:

Constituimus et Ordinamus Quod si aliqua persona vel Coras citata fuerit in causa territorij et super bonis immobilibus et non comparuerit in tertio termino prout ordinatum est Tunc statuatur terminus Actori quindecim dierum ad producendum omnia Iura sua que habet infra quem terminum citetur Reus ut compareat dicta die ad opponendum contra Iura Actoris et ad probandum quicquid probare sibi expediat et voluerit de iure suo Quo non comparente ulterius non audiatur ad aliquam probationem nec deffensionem faciendam Et citetur ad diffinitivam sententiam audiendam coram predicto domino vel eius vicario. si ei dominus patriarcha per aliquas occupationes quas scribat vel assignat se habere specialiter et expresse diffinitivam sententiam duxerit committendam ad terminum quem Actor duxerit

Antiqua constitutio cassata per [illegible] subsequentem

elligendum Coram quo dño sup Jurib; et pbatoib; pductis p ac-
torem coram vicario diffinitiua pferatur sña, nullis admissis
deffensionib; vel pbatoib; Rei pdci, ipo Reo contumace vel pñte
Si uo Reus citat in quarto termio vel in aliquo triu; pcedentiu;
compuit Tunc ibidem legiptimet psone nec dent aliqe di-
lationes p copijs mandatorum nec hois mortui. Que quidem
dillatio hois mortui decreto in nulla ca det. nec valeat obtin-
eri nisi in cais pupillorum nec ad informandum se cum aliqua
psona nisi forsitam actor vel Reus petat dilatoe; sup manu-
tentorib; Quo casu utraq; pars vel altera pars petes uelle
pducere suos manutentores dilatoem heat octo dierum ad faciend
citari psonalit suos manutentores vel ad domu; qui veniant
ad Judiciu; publare dilatoib; quib;cuq; renunciandi quietandi
et sub penis citandi dictos manutentores. In quo quidem
termio si dicti manutentores citati psonalit vel ad domum
no venerit iterato citent̃ i spaciu; aliorum octo dierum. In quo
termio si no compuit manutetor renuncians et allegans manute-
tores, possit et valeat in se Judiciu; recipe et pcedere i ca
vsq; ad finem cae et diffinitiuam sñiam inclusiue. Quo p-
ncipali quieto intelligatr manutetor quiet. Toteq; terminos
heant manutentores qui volut pducere alios manutentores
quot hueriut seu hnt pmi manutentores. Et heat locu; pns
Constituto etiam in quecomib; et cais iam inchoatis :-

De Terminis et modo pcedendi i ca tritoy et manutetoib; contumacib; :-

Nova constituto

Constitutionem al editam situatam sub pdca Rubrica

penitus abolentes, et tollentes, ac cassantes. Constituimus et ordinamus
quod si aliqua persona vel Communitas citata fuerit in ea territorii, et super bonis
immobilibus, secundum tenorem et formam Constitutionis precedentis lo-
quentis de Citationibus fiendis in ea territoriali, et non comparuit in primo
tercio termino vel in aliquo aliorum dierum terminorum precedentium, aut
si comparuit et noluit in ea procedere, Tunc post dictos tres
terminos, et in ipso tercio termino supplemere [?], limitetur per dominum termi-
nus Actori quindecim dierum computandorum a die limitationis
facte, et ipso die excluso ad producendum omnia sua iura que habet
et ad probandum quicquid voluerit super et pro sua intentione fund-
anda super petitis per eum expressis in cedula prime citationis. ¶ In-
fra quem terminum si ipse Actor voluerit aliqua producere possit
semel et plures producere quibuscumque diebus iuridicis et utilibus
infra dictum tamen terminum quindecim dierum. Et teneatur et debeat ipse
Actor facere citari Reum personaliter vel ad domum ad diem vel
dies quam vel quibus voluerit ipse Actor aliqua sua iura produ-
cere vel aliquid probare. Ita tamen quod per unicam cedulam non possit
ipsum Citare ad plures dies ad videndum et audiendum produci
iura et probationes que ipse actor voluerit producere. Et sufficiat qualibet
citatio facta personaliter vel ad domum. In qua vel quibus terminis
reo presente vel absente possit Actor quecumque iura sua producere
¶ Et ipso reo citato personaliter vel ad domum non comparente in aliquibus
terminis predictis, ut premittitur statutis pro Actore, Ulterius non audiatur
ad aliquam probationem vel deffensionem faciendam, sed intelligatur
totaliter in ea conclusum nisi ipse Reus infra dictum terminum xv
dierum etiam citari fecerit Actorem ut infra subicitur. ¶ Si non ipse Reus
infra dictum terminum quindecim dierum nullatenus comparuit nec processit [?]
intelligatur in ea conclusum, Et possit ipse Actor si voluerit
elapso tamen dicto termino quindecim dierum ei limitato iterum facere
citari reum ad diffinitivam suam audiendam coram persona domini

[Margin, right:] Reo non comparente limitetur actori xv dierum ad probandum

[Margin, right:] Qualiter sit reus citandus ad videndum produci iura actoris

[Margin, left:] Reo non comparente in aliquibus terminis, etiam deffensiones non audiantur nisi etc.

[Margin, right:] Reo non comparente in termino xv dierum intelligatur conclusum, et potest reus citari ad diffinitivam

pathe ul eius cui comisit si dns patha p(er) aliquas occupa-
tiones quas diceret ul scriberet se hoc specialiter et expresse diffi-
nitivam s(ente)n(ti)am audiendam duxit committendam ¶ Et fiat p(ri)ma
dicta citatio ad terminum quem Actor duxit allegandum Coram
quo dns patha aut cui comisit si comissa fuerit sup(er) iuribus
et p(ro)bationibus coram dno patha seu eius vicario ul officiali p(ro)d-
uctis in t(er)mino p(re)fato limitato et ante diem t(er)mini p(re)fixi
ul statuti ad diffinitivam s(ente)n(ti)am audiendam p(ro)ferat(ur) diffini-
tiva s(ente)n(ti)a coram ipo dno patha ul coram illo cui comisit nu-
llis admissis defensionibus exceptionibus oppositionibus testibus
i(n)str(ument)is ul alijs p(ro)bationibus rei p(ar)ti ipo reo contumace ul p(rese)nte
citato tamen ad diffinitivam s(ente)n(ti)am audiendam ut s(upra) ¶ Nec etiam
admissis aliquibus defensionibus exceptionibus oppositionibus testibus i(n)str(ument)is
ul alijs p(ro)bationibus ip(s)ius actoris quas vellet de novo illa die ul
post dictum t(er)minum quidem dierum p(ro)duce(re) ul p(ro)bare ultra p(ri)us
p(ro)ducta et p(ro)bata ¶ Si vero Reus in aliquo ex p(re)mis tribus
t(er)minis decem dierum p(ro) quolibet t(er)mino s(upr)a statutis c(om)paruerit vo-
lens se deffendere et p(ro)cedere in ca(usa) tunc p(ri)mo legitimet(ur)
p(er)sone datis copijs mandatorum hinc et inde si p(ar)tes petierint
s(ecundu)m formam Constitutionis de hoc loquentis post quam legiti-
mationem ulterius p(ro)cedat(ur) in ca(usa) no(n) datis s(ed) p(ar)ti(bus) sublatis dila-
tionibus ad se informandum cum aliqua p(er)sona ul hois mor-
tui que quidem dilatio hois mortui decreto in nulla ca(usa)
det(ur) p(re)terq(uam) in cais pupillorum ¶ Si tunc si neutra nominaverit
ul allegaverint manutentores limitet(ur) p(er) dnum actori et reo s(ecundu)m
formam Constitutionum limitatem t(er)minos Actori et Reo ad
p(ro)bandum de iuribus eorum ¶ Si aut(em) p(ar)tes ul aliqua ip(s)arum no-
minaverit ul allegaverint manutentores ul manuteto-
res quem ul quos vult ul velit ad iudicium vocari Tunc
teneat(ur) tam actor q(uam) Reus nominantes ul allegantes seu alt(er)
ipsorum nominans ul allegans manutentores ul manutetores
quotquot sint nominantes ul allegantes et nominati face(re) citari

[Right margin:] de novo no(n) admit(ur) i(n) t(er)mino ult(imo) dierum p(ro)duct(ionis) ad diffinitivam s(ente)n(ti)am nullis admissis exceptionibus defensionibus ul p(ro)bationibus

[Right margin:] Actor p(ost) t(er)minum x dierum no(n) p(otest) alias de novo p(ro)duc(ere) ul p(ro)bare

[Left margin:] quilibet p(ro)cedat(ur) reo p(rese)nte

[Right margin:] post c(om)paru(er)it limitet(ur) t(er)minum ad p(ro)bandum si no(n) nominant(ur) manutentores

[Left margin:] manutentores citent(ur) ad t(er)minum x dies sub penis p(ro)ut ul ad ...

personaliter vel ad domum ibi dimissa cedula omnes suos manuten-
tores, infra spacium viginti dierum computandorum a die nominationis seu
allegationis manutentorum, et illo die non computato sed excluso, sine
aliqua alia limitatione terminorum fienda per dominum tribus vicibus, prima
vice videlicet sub pena viginti soldorum, secunda sub pena quadraginta
denariorum, tercia ad negandum vel confitendum, sublatis qui-
buscumque aliis dilationibus nominandi, quietandi, et sub penis aliis ci-
tandi dictos manutentores. ¶ Et siquidem aliquis manutentor
citatus personaliter vel ad domum ut supra non comparuerit in aliquo ex du-
obus primis terminis ad quos citatus fuerit, tunc si compareat
in tertio termino non audiatur, nisi solutis dictis penis domino et re-
fectis expensis parti que fecerit eum citari, quas penas et ex-
pensas nisi solverit habeatur et reputetur pro manutentore, et quieto
ab illo qui eum nominavit, in casu in quo ille nominans quietaretur,
et ipse nominans possit in eo casu judicium in se suscipere et in causa
procedere cum parte usque ad diffinitivam sententiam inclusive, et eo quieto
manutentor intelligatur quietus. ¶ Si autem comparuerit in primo vel in
secundo termino ad quos citatus fuerit, tunc procedatur ulterius in causa.
Et idem si comparuerit in tertio termino, et solverit expensas et pe-
nas predictas. ¶ Si vero non comparuerit manutentor citatus ut supra, in aliquo
dictorum trium terminorum, tunc habeatur pro manutentore et pars que
eum ~~nominavit~~ citavit possit et teneatur judicium in se suscipere
et litigare, et in causa procedere usque ad finem cause et diffinitivam
sententiam inclusive, et ipso qui nominavit quieto, quietus sit ipse ma-
nutentor nominatus, citatus et non comparens ut supra. ¶ Si autem
pars nominans et allegans manutentorem vel manutentores
fuerit negligens et non fecerit infra dictum terminum .xx. dierum
quod supradictum est, procedatur in causa principali cum ipso nominante
vel allegante manutentorem vel manutentores prout ac
si nullum manutentorem allegasset. ¶ Et si manutentor vel

Si manutentor citatus comparuit in tercio termino solverit penas et expensas aliter non audiatur, alias reputatur pro manutentore

Si manutentor non comparuit in aliquo ex tribus terminis reputatur pro manutentore

Si allegans manutentorem non citavit eum infra .xx. dies procedatur in causa ac si non nominasset

Si manutentor allegaverit alios manutentores tenetur illos citari facere infra .xx. dies

manutentores nominatus vel nominatos comparuit vel comparuerint et nominaverint vel allegaverint alios manutentorem vel manutentores, ~~et ipsis manutentoribus~~ manutentorum. Tunc in alium terminum viginti dierum computandorum ut supra teneatur facere citari suos manutentores, et in ipsis manutentoribus manutentorum et nominantibus seu allegantibus eos habeant locum ea que suprascripta sunt que primi manutentores allegantur et procedatur contra eos.

Si reus post terminum comparuerit in termino xv dierum assignatorum actori, audiatur refectis expensis etc.

¶ Si vero reus comparuit ~~comparuit~~ in termino aliquo post limitationem predicti termini post quindecim dierum actori limitati sibi assignato per actorem ad videndum produci testes et probationes ipsius actoris vel in aliqua alia die infra dictum terminum quindecim dierum ad quam diem citari fecerit, et teneatur facere citari actorem ad audiendum et videndum ea que ipse reus vult dicere vel producere. Tunc prius ante omnia quam audiatur teneatur reficere parti adverse expensas per eum a principio litis usque ad illam diem factas, ibidem et illico taxandas quibus expensis refectis et solutis admittatur ad opponendum productis et producendis per actorem, et ad producendum suos manutentores necnon ad probandum et producendum de iure suo quicquid voluerit, dummodo omnia predicta faciat, opponat, excipiat, producat et probet in dicto termino quindecim dierum dicto actori ut supra limitatum.

allegato impedimento et probato admittatur reus, et illo cassato non potest appellare

¶ Ulterius vero minime audiatur nisi infra dictum terminum quindecim dierum allegaverit iustissimum impedimentum per quod non potuit predicta facere opponere excipere producere vel probare quo impedimento cassato per sententiam ab illa sententia appellare non possit nec in pristinum se ponere. Et si in pristinum se ponit, restitutionis illa non admissa, et non obstante procedatur in ea ut supra usque ad diffinitivam sententiam inclusive in expensis et expensarum.

probato impedimento limitatur termini x dierum reo

¶ Dicto vero impedimento probato per competentem et per sententiam legitimato limitetur per dictum iudicem reo terminus decem dierum computandorum a die probati et legitimati impedimenti, et dicto die non

inclusso. Infra quem terminum possit opponere, excipere, producere et probare ac omnia et singula facere que potuit ante lapsum dictorum quindecim dierum dictorum limitatorum. Quo termino transacto procedatur ulterius prout quod fuerit procedendum ;

De Contrauersiis inter nominantes manutentores et ipsos manutentores in iudicio opponentes Rubrica ;

Nova Constitutio

Quod legitimatus cum principali intelligatur legitimatus etiam cum manutentore

Constituimus et ordinamus quod quilibet nomine alicuius agens legitimatus cum parte sue adversa intelligatur legitimatus etiam cum manutentore dicte partis sue adverse nominato et ad iudicium producto Ubi autem esset controuersia inter nominantem seu nominantes ex una parte et nominatum seu nominatos ex altera, nominato negante se manutentorem vel recusante vel diffendente in se iudicium suscipere ex quibuscumque causis ¶ Tunc statim legitimatis personis in presentia utriusque partis vel in contumacia alterius per dominum limitetur dictis nominantibus et nominato terminus vigintiquinque dierum a die limitationis computandorum et illa die exclusa infra quem terminum teneantur et debeant dicti nominantes et nominati taliter processisse quod diffinitum sit an dictus nominatus sit manutentor et teneatur in se suscipere iudicium vel non ¶ Quod si infra dictum spatium xxv dierum dicta controuersia non fuerit diffinita, tunc siue defecerit per nominante siue per nominato, possit et teneatur ipse nominans respondere et procedere cum suo adversario cum quo allegauit seu nominauit manutentorem usque ad diffinitivam sententiam

Inter nominantes et nominatum limitandus est terminus xxv dierum

Transacto termino xxv dierum tenetur principalis nominans respondere

principalis potest procedere cum suo manutentore etiam elapsis xl diebus

inclusive. ¶ Et nichilominus possit termino transacto dicto termino ipse nomi-
nans si voluerit procedere super dicta controversia cum nominato non tamen
quod propter hoc suspendatur vel differatur judicium inter ipsum nominantem
et principalem eius adversarium. ¶ Et non obstante quod idem nominans
receperit judicium in se et litigaverit cum suo principali adversario
tamen omnes processus et sententie interlocutorie et diffinitive facte et late
inter ipsum nominantem et principalem eius adversarium valeant
ac possint vel comprehendant ipsum nominato quemadmodum ipse judicium
in se suscepisset et secundum processum sic formatum quod ipso nominante quieto
intelligatur et sit quietus etiam ipse nominatus. Dum ipse nominans
processit et obtinuit contra nominatum quod sit ei manutentor rey vel garen-
tatis eius vel quarum occasione eum nominavit. ¶ Advertendo preterea quod
si occurrerit controversia super quod suspendum(?) est inter nominantem manu-
tentorem aliquem pupillum et ipsum pupillum nominatum vel existentem
sub statu legitimate persone infra(?) assignetur terminus xl dierum
in quem debeat dicta controversia finiri, quo termino elapso idem
procedatur in isto casu quod in superioribus dictum est. Et hoc eadem
habeant locum in manutentoribus nominantibus alios manutentores
et in ipsis manutentoribus nominatis per alios manutentores.

processus facti cum principali valent(?) manutentori

quieto principali quietus est manutentor si sic fuerit probatum(?)

Si nominatur pupillus diffinitur(?) infra xl dierum

De allegantibus manutentores qui sunt ex patriam.

Constituimus et ordinamus quod siquis allegaverit aliquos manutentores qui sunt ex patriam forinsecis(?) petens illos citari et ad judicium vocari teneatur et debeat infra tres dies utiles die allegationis non computato

in non fiat fides quod sit ultra(?)

a nova constitucione(?)

illos novare probare in iudicio sufficit, quod sint manutentores quo tamen
probato non preiudicat ipsis manutentoribus novans. Et tunc petitur
per curiam astantium an dicti manutentores sint citandi, et declarato
per curiam quod sic tunc citentur ipsi manutentores absentes sive sint
vagabundi sive notum sit ubi moretur in platea loci ubi iudi-
cium redditur et ante domum sue solite habitationis siqua est alta voce
preconia tribus vicibus, scilicet prima vice ut compareat quindecima die
iuridica computanda a die proclamationis illa die non inclusa sub pena
viginti solidorum. Secunda vice ut compareat quindecima die iu-
ridica computanda a die secunde proclamationis illo die non incluso
sub pena .xl. denariorum. Tercia vice ut compareat quindecima die
iuridica computanda a die tercie proclamationis ad negandum vel
confitendum se manutentorem premissis cedulis affixis in pla-
tea supradicta et pro qualibet vice. ¶ Quas quidem proclamationes
teneatur et debeat novans dictos manutentores fecisse fieri
usque ad lx dies inclusive a die nominationis et illo non
computato. ¶ Quibus lx diebus elapsis et ipsis manutentoribus
in terminis eis statutis in iudicio non comparentibus teneatur novans
sive fecerit fieri dictas proclamationes sive non in se iudicium
suscipere et procedere cum adversario suo usque ad finem litis
inclusive et eo quieto novatur per eum si non comparuerint ut sic
intelligantur et sint dicti manutentores quieti perinde ac si pre-
sentes fuissent et iudicium in se suscepissent et aliter inu-
tili fuisset. In casu autem quo comparuerint in aliquo dictorum
terminorum procedatur secundum formam Constitutionum super
editarum.

Citentur manutentores tribus vicibus

Quod dicte tres citationes usque ad lx dies inclusive

lx diebus elapsis teneatur novans in se iudicium suscipere

De Conservatoribus.

Correcta) Onstituimus et Ordinamus Quod si aliquis alicui
promisit ipsum conservare indempnem de aliqua re
facto vel debito contra aliquas personas statim cum
fuerit citatus ille qui prima fuerit appellatus debitor principalis po
Nova constitutio) ssit et valeat ipse citatus facere citari suum conservatorem [illegible]
relevatorem et procedi debeat cum suo dicto conservatore [illegible] procedit contra principalem ad petitionem creditoris. Et quod ita creditor non impediatur nec prolongetur propter judicium quod est inter debitorem et suum conservatorem.

2) De Terminis actori et Reo ad probandum limitatis.

Onstituimus et Ordinamus Quod si partibus in judicio existentibus aliqua earum pars velit de sua intentione probare si fuit Actor teneatur in termino
xl. dierum producere testes et instrumenta et omnia iura que credit ad suam causam pertinere vel quibus uti intendit. Quo termino transacto ulterius non audiatur si vellet producere testes vel instrumenta vel
Iniquum correcta ...) alia iura nisi appareat de iusto et rationabili impedimento approbando per curiam. Quo impedimento occurrente statuatur terminus eidem octo dierum ad producendum et probandum quicquid producere et probare vellet. Quo termino transacto ulterius nichil possit producere vel probare super propositis et petitis nisi aliud evidentissimum impedimentum occurrat et defectu dumtaxat notarii vel testium appareat quod verum iustum impedimentum sit per curiam constantium diminuatur. Quo casu alter terminus peremptorius semel tantum ei per curiam constantium statuatur. Quo elapso amplius

[right margin:] iste terminus limitatur ... et ... constitutione ...

non audiatur, etiam quocumque impedimento allegato vel probato. Et si non fuerit reus qui velit probare per instrumenta vel testes vel alia iura, tunc dictus reus teneatur infra terminum .xv. dierum incipiendorum vel computandorum a die lapsus termini predicti xv dierum actori assignati probare et producere quicquid voluerit tam per testes quam per instrumenta vel alia iura, et ulterius nichil possit producere vel probare, nisi iustum impedimentum intervenerit approbandum per iudicem. Quo impedimento interveniente alius terminus .x. dierum assignetur eidem ad producendum et probandum quicquid producere et probare voluerit. Quo transacto nichil possit producere vel probare super propositis, exceptis et petitis per eum, nisi appareat aliud evidentissimum impedimentum occurrens, ex defectu notarii, domini vel testium. Quod verum iustum impedimentum fuerit per astantium communem dicrimatur. Quo casu alter terminus peremptorius semel tantum per astantium curiam prefigatur. Quo elapso ulterius non audiatur, etiam quocumque impedimento per eum allegato vel probato. Et hec habeat locum etiam in pendentibus causis.

De

Constitucionem primo precedentem quo ad quedam supplentes et declarantes, Constituimus et ordinamus quod termini xv dierum actori et xv dierum reo limitandi de quibus in prima dicta Constitucione cavetur, statim simul et semel limitentur per iudicem cum fuerint legitimate, et in casu quo partes vel aliqua ipsarum alieno nomine compareat vel compareant. Et si nominati manutentores fuerint causa inter ipsos manutentores nominatos et nominantes eos vel per receptorem iudicem per dictos manutentores in se factam vel per-

Nova addicio

Limitentur termini recepto iudicio per manutentores vel ipsis terminis nominantibus et nominatis limitatis

lapsum terminorum vocantibus et vocatis limitatorum secundum formam
constitutionis de hoc loquentis. In casu vero quo non vocarent maiores
tunc statim legitimationes personarum, fiant dicte legitimationes
dictorum terminorum, pro ius reddentem partibus presentibus sive alia
parte presente et altera contumaciter absente, partibus ipsis vel alia
ipsarum petentibus seu non vel contra resistentibus. Que quidem limi-
tatio terminorum fiat non super una vel pluribus oppositionibus, deffen-
sionibus vel allegationibus sed generaliter super omnibus que partes
vel aliqua ipsarum voluerit producere vel probare in et super tota
causa terminis dandis occasione impedimentorum in predicta parte
constitutionis contentis, ac etiam termino communi xv dierum
utrique parti dando secundum formam constitutionis de terminis actori
et reo datis peremptoriis ad conclusionem cause limitatis
in tercio loco posite in sua permanentibus firmitate. Et predicta omnia
observentur in causis tam pecuniariis quam civilibus et aliis qui-
buscumque, exceptis causis iniuriarum criminum et depositi et
iurium dictarum ac similium arbitrariarum executionum in quibus
procedatur secundum formam constitutionum super ipsis editarum. Insuper
predicte constitutioni addicimus quod infra terminos limitatos
actori possit etiam reus testes suos et sua iura et alias
probationes producere etiam si illi termino actor sponte re-
nunciaverit.

De Actore renunciante termino dato ad probandum et teste nolente deliberare.

Nova constitutio

Constituimus et ordinamus quod si actor renunci-
averit termino xv dierum peremptorie limitato ad probandum
et producendum, hoc facere possit in sui par-

iudicium. Ita q in illo t(er)mino amplius Actor iura et p(ro)bat(i)o(n)es suas post renunciat(i)o(n)em no(n) possit p(ro)ducere. Et predicta renunciatio Reo nullatenus p(re)iudicet quin valeat infra p(re)d(i)c(tu)m t(er)minu(m) xv. dier(um) Actori limitatu(m) iura et p(ro)bationes suas p(ro)ducere, et etiam no(n) obstante dicta Renunciatione facta p(er) Actorem t(er)minus xx. dier(um) ipsi reo limitat(us) incip(i)at currere ipsi reo tantu(m) a lapsu et post expirat(i)o(n)em dictor(um) xv. dier(um). Qui q(ui)de(m) dicti termini Actori et Reo limitati et alia tempora eisdem limitata ad p(ro)ducendum et p(ro)bandum currat et currere intelligant(ur) etia(m) si aliquis ex cor(um) testib(us) p(ro)ductis vel aliqua p(ar)tium dixit se velle cogitare et deliberare an(tequam) deponant et terminum d(e)tineant p(re)dictis.

De t(er)minis assignatis ad opponendum, excipiendum, triplicandum et quadruplicandum Actori et Reo.

Item Constituim(us) et ordinam(us) q(uod) quando attestat(i)o(n)es vel instr(ument)a vel alia iura fuerint p(ro)ducta in iudicio p(er) Actorem vel Reum ad eor(um) intent(i)o(n)em p(ro)bandam Et Actor vel Reus petierit copiam p(ro)ductor(um), Tunc statuat(ur) t(er)minus p(ar)ti copiam petenti s(e)c(un)d(u)m qualitatem facti de quo agit(ur) p(er) assistentem s(e)n(tent)iam moderandus, infra quem t(er)minu(m) debeat h(abe)re copiam et oppone(re) quicq(ui)d oppone(re) intendit, Et si no(n) aliq(ui)d fuit in sc(ri)ptis oppositum seu exceptum infra d(ic)t(u)m t(er)minu(m) et alia pars velet replicare q(uod) tunc et statuat(ur) t(er)minus

Assignatur terminus modicus brevis ad replicandum, triplicandum et quadruplicandum, quando est decreta copia per viam oppositionis non autem informationis

replicare voluerit per curiam assignatum moderandus brevem facti qualitate. Et non infra dictum terminum vel in dicto termino aliquid fuit replicatum, et altera pars velit triplicare adhuc, sibi statuatur brevis terminus per curiam assignatum moderandus ad triplicandum. Et si aliquid fuit triplicatum, alteri parti petenti ad quadruplicandum statuatur terminus brevis eadem. Quibus terminis preteritis nulla pars audiatur sed ad diffinitivam sententiam procedatur, prius tamen facta relatione in judicio eorum que acta et producta sunt, si in hoc partes fuerint concordes de relatione fienda, vel si in hoc partes non fuerint concordes tunc procedatur ad diffinitivam sententiam per laudum et sententiam juxta morem patrie, auditis allegationibus partium quas oretenus dicere voluerint tempore tunc proferende. Predicta autem habeant locum quando decreta fuerit copia productorum per viam oppositionis. Si non decernatur copia per viam informandi, tunc ille cui copia est decreta non possit opponere aliquid in scriptis sed oretenus si vult. Quo non casu si pars adversa velit aliquid replicare, hoc possit facere et similiter, ad quod faciendum habeat tantum terminum quantum habuit eius adversarius ad opponendum. Et utrique parti ad faciendum predicta statuatur et detur minor terminus octo dierum. Et idem observetur ubicumque oretenus opponatur et non in scriptis. Exceptiones autem et replicationes, triplicationes et alie obiectiones que fiunt oretenus ibidem sine copiarum petitione statim decidentur et determinentur more solito. Et habeat locum etiam in pendentibus causis.

Decreta copia per viam informationis [illegible] opponatur oretenus non autem in scriptis

Super exceptionibus, replicationibus que fiunt oretenus sine copiis statim fiant diffinitiva [illegible]

Item

Nova additio

Addentes prime supradicte Constitutioni, Constituimus et Ordinamus quod decretis copiis per viam copiandi et oppositionis termini statuendi ad opponendum, excipiendum, replicandum, triplicandum et quadruplicandum per curiam assignatum moderari et

Terminus ad opponendum, replicandum, triplicandum, quadruplicandum [illegible] possit decerni XL dies incipiendo a die [illegible]

dari non possint ita et tales q excedant tempus .xl. dierum computandorum a die qua statuitur primus terminus sive actori sive reo ad opponendum et excipiendum et illo die non incluso, etiam si infra tempus statutum actori et reo ad probandum aliqua de novo producerent contra que pars vel aliqua ipsarum vellet vel vellent aliqua excipere replicare triplicare vel quadruplicare p abreviari possint de partium voluntate vel per suas assertiones breviantes per facti seu negotii qualitatem. Insuper addendo Constitutionem predictam Constituimus et Ordinamus quod dicta pars suprascripta Constitutio non deroget nec per eam derogetur nove constitutioni sequenti sub Rubrica de Termino Limitato Actori et Reo ad probandum contenta in exceptionibus replicationibus triplicationibus quadruplicationibus et de refferendariis elligendis et iuribus eis consignandis.

De Terminis Actori et Reo datis peremptoriis ad Conclusionem cause.

Constitutionem superius situatam sub Rubrica de terminis ad probandum Actori et Reo limitatis Addendo Constituimus Quod si transactis terminis ad probandum Actori et Reo per predictam Constitutionem datis et limitatis litigantes vel aliquis eorum infra tres vel quatuor dies utiles enumerandos a die computati termini .xx. dierum Reo assignati voluerit vel voluerint contra infra terminos in dicta Constitutione Reo et Actori assignatos producta opposita vel excepta aliqua de novo opponere excipere vel producere ad repellendum reprobandum vel excludendum predicta vel eorum aliquod vel aliqua producta opposita vel excepta p

Constituto ista pars cum in parlamento facta que postdum ut abolita cum alia limitatione que sequitur per eam

Litigantes vel aliquem eorum infra terminos predictos, teneantur vel teneatur pars de novo volens producere exceptiones vel opponere aliqua ad repulsionem et exclusionem predictorum ibidem statim declarare que et qualia sint illa que velit producere, opponere vel excipere. Et nisi si per assessorem suum fuerit determinatum quod sint talia que etiam si probarentur non repellerent vel reprobarent vel excluderent illa que opponuntur. Nullus ulterior terminus assignetur sed intelligatur in causa conclusum. Si vero per suum assessorem determinatum fuit quod sint talia que si probarentur repellerent vel excluderent illa contra que opponuntur et relevarent partem allegantem et opponentem tunc assignetur utrique parti terminus peremptorius .xv. dierum ad producendum et probandum quicquid voluerint tam super exceptionibus replicationibus et oppositionibus qualitercumque hinc et inde infra dictos terminos in dicta Constitutione Contentos quod post lapsum dictorum terminorum super oppositis et declaratis et per suum assessorem ad probandum admissis. Quibus terminis elapsis sit et reputetur in causa conclusum et ulterius non valeat per aliquam partium produci vel probari aliqua in dicta causa. Et partibus petentibus vel aliqua ipsarum elligatur refferendarius unus in quo partes concordent. Et si de uno non concordent, elligantur duo vel plures equaliter una pro qualibet parte. Qui productorum et probatorum in judicio relationem faciat. Qua relatione facta, illico ad diffinitivam sententiam procedat sive coram domino patre sive coram eius officialibus causa fuerit proferenda. Addicientes quod termini statuti ad opponendum, replicandum, triplicandum et quadruplicandum secundum formam aliarum Constitutionum de materia ista loquentium non excedant terminos in presenti Constitutione Contentos.

Ut

Ve termino limitato Actori et Reo ad probandum precepta in.

exceptionibus replicationibus triplicationibus et quadruplicationibus et de referendariis elligendis et iuribus eis assignandis .

Constitutionem situatam sub rubrica de terminis Regis et Rex dans peremptoriis ad Conclusionem cause publicatam in parlamento in Cabilo celebrato cassantes integraliter et tollentes. Constituimus et Ordinamus quod si in et super oppositionibus exceptionibus replicationibus triplicationibus et quadruplicationibus vel in aliqua ipsarum factis per partes vel aliquam ipsarum proponatur per litigantes vel aliquam ipsarum aliqua contineri vel ex eis vel aliqua ipsarum emersisse aliquid de novo quod vel que consistat vel consistant in facto et infra sex dies computandos a die lapsus termini ultimi statuti ad opponendum vel excipiendum vel replicandum vel triplicandum vel quadruplicandum et illo die non incluso post quos sex dies nullatenus audiri debeat petatur terminus ad probandum contenta vel aliqua ex contentis in dictis exceptionibus replicationibus triplicationibus et quadruplicationibus vel aliqua ex eis teneatur pars proposita allegans et proponens declarare que et qualia sunt illa que vult probare. Et pars ipsa teneatur iurare quod credit illa vera esse et posse probare et tunc si per assertionem suam fuerit determinatum quod sunt talia que et si probarentur non repelleret vel reprobaret vel excluderet producta vel probata per partem adversam in temporibus ipsi parti adverse limitata ad probandum et producendum de iure suo. Nullus ulterior terminus assignetur sed intelligatur et sit in causa conclusum. Si vero per suam assertionem determinatum fuerit quod sunt talia que si probarentur repelleret vel excluderet probata vel producta per partem adversam et relevaret partem proponentem et allegantem. Tunc assignetur utrique parti terminus peremptorius sexdecim dierum computandorum a die quo petitus fuit dictus terminus ad probandum et illo die non incluso ad producendum et probandum quicquid voluerit tam super exceptionibus replicationibus et oppositionibus quibuscumque hinc et inde quam post

Non obstante

Si post lapsum omnium terminorum ad opp. exc. rep. trip. et quadr. infra vi dies petatur terminus ad probandum aliqua de contentis in exceptionibus rep. trip. et quadr. tunc assignatur utrique parti terminus xvi dierum fiet prius declaratio que et qualia [?] proponere velint proponentes

teneatur proponens quod credit posse probare que proponit

Facta declaratione quod proposita relevant proponentes assignatur terminus xvi dierum et illo die vero [?] incluso in causa conclusum

lapsum dictorum terminorum super oppositionibus declinatoriis et per formam statutorum
admissis. Quibus terminis elapsis sit et reputetur in causa conclusum et
ulterius non valeat per aliquam partium produci vel probari aliquid
dicta causa que sint necessaria probari per testes vel instrumenta de novo. Sed
super antea productis et in causa actitatis possint partes ante tempus
et in tempore ac in termino ferende diffinitive sive disputare
et allegare oretenus quecumque voluerint super punctis tangentibus
questionem, dummodo talia sint que non indigeant nova probatione vel
productione. ¶ Sed ubi petentibus vel aliqua parte eligentium re-
ferendarius [illegible] in quem vel de quo partes concordet
et concordare teneantur cum referendario electo facta. Terminum
statuatur peremptorium utrique parti secundum qualitatem actorum et
productorum in iudicio de quibus relatio debet fieri per formam mo-
derandus ad dandum et designandum omnia acta et iura in
manibus dicti referendarii electi. Qui quidem referendarius
ibidem iuret ad sancta dei evangelia quod omnem celerem expedi-
tionem faciet super hiis que sibi sunt commissa, et dictam relationem
fiendam bona fide et sine fraude, omni tempore appellationis exclusso.

Conclusio in causa non probatur aliquid per instrumenta vel testes si aliquis voluerit referendarium cui terminum statuendum exhibeantur omnia acta

De notariis et testibus compellendis dare instrumenta et iurare

Constituimus et ordinamus quod iudices in terminis per preceden-
tes constitutiones limitatos actori et reo ad pro-
ducendum iura sua testes et instrumenta teneantur
actori et reo compellere et compelli facere per divina notarios
coram instrumenta habentes et testes ad iudicium venire et deponere
et examinari facere. Ita quod qualibet die iuridica dictorum terminorum

pars quelibet possit p(ro)duc(er)e cor(am) [?] articulos instr(ument)a (et) iura et testes, tam adversa parte p(rese)nte vel etiam absente, (et) rep(er)ti(s) quibuscumq(ue) alijs dilatoribus et consuetudinib(us) in c(on)trarium hacte- nus obs(er)vatis. Et h(ab)eat locum etiam in pendentib(us) causis.

De penis Notarior(um) vel testium recusantium dare instr(ument)a vel venire ad deponendum.

Constituimus et Ordinamus q(uod) Notarij h(ab)entes instr(ument)a alicui(us) p(er)sone ad requisitionem ipsius req(ui)rentis teneat(ur) dare parti petenti instr(ument)a i(n) tres dies sub pena Quadraginta denarior(um). Et si infra dem (dictum) t(er)minum non dederint, mandet(ur) ei quatenus infra alios tres dies debeat dedisse dicta instr(ument)a, sub pena medie marche. Et si non dederit, assignet(ur) sibi t(er)tius t(er)minus sub pena unius marche. Et debeat dedisse i(n) alios tres dies, s(upe)r p(re)dictis instr(ument)a solutio. Simili modo appellant(ur) testes venire ad iudicium sub penis p(re)dictis i(n) tres t(er)minos statuendos p(er) locor(um) di- ctum, et s(ecundu)m qualitatem. Qui tres t(er)mini non excedant tempus t(er)mini p(ri)mus dati ad p(ro)ducendum et p(ro)bandum, s(u)- blatis omnib(us) alijs dilatorib(us) cunctatorib(us) et alijs quibuscumq(ue) di- lationib(us). Et h(ab)eat locum etiam in pendentib(us) causis.

De depositione et examinatione testium

Constituimus et ordinamus quod testes producti ad iudicium possint deponere dictum suum, et deponant parte presente vel absente, legitime tamen citata, non obstante aliqua contradictione vel absentia partis aut ipsius advocati. Quorum dictum et depositiones in actis scribantur, salvo tamen iure unicuique parti ad opponendum contra dicta testium et personas eorum, super quorum dictis et personis sive cum deponunt non intendatur, sed postea in processu suis loco et tempore disputetur et diffiniatur. Et habeat locum in pendentibus causis.

De depositione testium fienda aliis testibus absentibus et testibus ipsis interrogandis.

Constituimus et ordinamus quod cum testes producti per aliquam partem in iudicio deponant et debeant deponere dictum suum in iudicio non presentibus aliis testibus qui etiam debeant deponere super eodem facto. Et quod testis cum deponit debeat interrogari per duos bonos viros eligendos ibidem ante depositionem dicti testis per partes. Quo deponente advocati, procuratores et partes sileant et nullam faciant interrogationem, sub pena viginti soldorum ibidem et illico per contrafacientes solvenda, et pro dimidio vicarium exigenda. Et si aliqui articuli fuerint producti per aliquam partem vel per ambas partes, admitti debeant indistincte, salvo iure impugnandi et non admittendi. Et habeat locum etiam in pendentibus causis.

Ista constitutio in hoc passu est correcta per unam aliam postea que in fine huius operis ponitur, que dicit quod eligatur solus unus examinator ad examinandum testes. Cum constitutionis ... sic mox de duobus non eligendis ad examinandum etc.

De negantibus acta Curie et volentibus probare contra illa.

Constituimus et Ordinamus quod si aliquis negaverit
acta Curie et appareant acta que sunt negata ille
qui negavit cadat in penam quadraginta den(ariorum)
applicandorum parti probanti nec audiatur ulterius in causa pro
negante sed procedatur in eius contumaciam nisi prius solvat dictos
quadraginta denarios. Item si aliquis vult probare per testes contra
acta scripta in Judicio vel vult aliquid esse actum vel juratum ultra
illud quod scriptum est in actis vel vult probare plus esse scriptum
quam fuerit actum vel juratum hoc probare teneatur infra sex dies
infra quem terminum si non probaverit non audiatur ulterius
ad illud probandum et pene nomine solvat mediam marcham
aplicandam parti adverse et expensas factas illa de causa. Et intel-
ligantur acta citationes, relationes preconum et processus facti in
pena seu contumacia partis adverse. Et habeant locum etiam
in causis pendentibus.

D e Executione instrumentorum guarentiarum

Constituimus et Ordinamus quod siquis dixerit in Judicio
aliquem fore sibi obligatum vigore alicuius instrumenti in
quo debitor voluerit se fore guarentum et de hoc fides
fiat coram domino per publicum instrumentum vel iuxta formam antiquam
observatam detur creditori ad denunciandum et mandandum debitori
quod solvat vel sit in concordia cum Creditore infra octo dies
aliquin exnunc habeat ille nuntius auctoritatem et licentiam pignorandi
dictum debitorem ad instantiam creditoris et ad vendendum de bonis
dicti debitoris usque ad plenam et integram solutionem ipsius
creditoris. Si vero debitor infra octo dies comparuerit coram dicto domino
contradicturus quod nulla fiat novitas per Creditorem super

bonis suis vel iurium ad hoc eidem datum tunc teneatur et debeat
facere citari dictum creditorem infra sex dies tunc enumerandos
a tempore dicti expirati termini octo dierum iuxta obstarent
ferie immediate post dictos octo dies sequentes, et tunc ad pri-
mum diem iuridicum teneatur actor citari ut supra [illegible] nuo
termino adveniente et partibus comparentibus tunc reo petenti dec[illegible]
natur copia eius iudiciarie et ibidem statuatur terminus dicto
reo ad quintam diem iuridicam ad excipiendum et opponendum
oretenus quicquid voluerit contra dictum instrumentum [illegible] in iud-
icio. et firmam [illegible] in quo termino solummodo opponere va-
leat exceptiones istas [illegible] falsitatis solutionis seu alterius
satisfationis [illegible] et pacti de non petendo [illegible] vel ad [illegible]
vel alterius pacti in instrumento contenti non observati vel aliquid [illegible]
personas contrahentium valentium se obligare vel aliam [illegible]
firmam exceptionem admittendam vel repellendam [illegible]
astantium [illegible] oppositis vel aliqua ipsarum statuatur ter-
minus [illegible] dierum peremptorie ad probandum dictas exceptiones
suas oppositas quas exceptiones teneatur et debeat legitime et
debito modo probare. Et siquidem in instrumento [illegible] contineatur
quod non possit probari solutio finis vel remissio dicti debiti
nisi per aliud instrumentum cancellatum aut per aliud instrumentum [illegible]
boni hominis in [illegible] quinque testium confectum, possit nihilo-
minus debitor non obstante dicto pacto probare dictas exceptiones
per factum vel confessionem creditoris. Ubi autem opposita
fuerit exceptio falsitatis et non probata, opponens in quin-
quaginta libris parvorum condemnetur. Si vero aliqua alia exceptio
fuit opposita et non probata condemnetur in centum soldis den.
parvorum. Et habeat locum etiam in causis pendentibus.

Copia sine [illegible] Late [illegible] instru-
mento [illegible] datur
infra [illegible] dies tunc
et [illegible] dies
assignetur ad pro-
bandum exceptiones

[illegible]

In quibus contractibus intelligatur quis esse convictus per pactum

Quia ex longa consuetudine patrie Foriiulii, ac etiam
aliis constitutionibus antiquitus editis obtentum est quod
si in instrumento mutui contineatur quod debitor voluit se con-
victum tanquam si esset convictus per laudum et sententiam, et quod et
noviter ad tantum adductum est per aliquos volentes alios

suos constituere debitores ex alia causa quam mutui quod peciant agi in instrumento etiam quod vocent se confessos et sub hoc pretextu utiliavelant privilegio instrumentorum confessorum de mutuo. Constituimus et ordinamus quod omnes constitutiones loquentes de instrumentis convictorum et eis faventes intelligantur de instrumentis confessionis mutui tantum. In aliis autem instrumentis nullum obtineat robur neque firmitatem et pro inde procedatur in iudicio ac si non sit in illo instrumento expressum quod vocet se convictum.

De ordine tenendo super instrumento compromissi

Constituimus et ordinamus quod si aliquod instrumentum compromissi producatur in iudicio, mandetur alteri contra quem producitur quod infra tres dies debeat esse in concordio cum actore, aliter fiat actori mittimentum ad accipiendum de bonis suis. Quod si infra terminum trium dierum comparuerit ad contradicendum, quod computetur a die impetrate citationis, ad contradicendum teneatur facere partem citari ad iudicem infra sex dies tantum coram quo intendit contradicere sententie iam dictum in causa in quo quidem termino sex dierum competentibus partibus statuatur, in quo quidem termino sex dierum contradicenti x. dierum ad iudicium statuatur terminus eidem contradicenti ad opponendum et plenarie copiam compromissi et sententie et ad opponendum quecumque probare voluerit tam contra sententiam et compromissum quam contra alia instrumenta, post dictum tempus non audiatur.

Nova constitutio

De sentencia arbitratoria seu arbitraria non reducenda ad arbitrium boni viri.

Constituimus et ordinamus quod si in aliquo compromisso fuit

interum quod sententia arbitri vel arbitratoris unius vel plurium non possit reduci vel peti reduci per compromittentes vel aliquem ipsorum ad arbitrium boni viri, quod sententia lata per ipsos arbitros et arbitratores teneat et habeat roboris firmitatem, non obstante aliqua reductione et hoc sive sit simpliciter renunciatum sive iuratum de non reducendo sententiam ipsam ad arbitrium boni viri sive utrumque contineatur in compromisso. Et habeat locum etiam in causis pendentibus.

De sententia compromissi observanda et pena exigenda.

Constituimus et ordinamus quod si persona que tenetur ad aliquid vel aliqua facienda vel non facienda vigore alicuius sententie arbitrarie et illa non observavit, seu contra illa ve- tum fuerit, vel fecerit, et sententia iamdicta fuit in iudicio producta et lecta etiam parte absente et non citata, nichilominus teneatur ad penam in compromisso contentam, etiam si persona ipsa contra quam sententia lata fuit velit infra tres dies observare contenta in sententia, quam penam contentam in dicta sententia possit ille in cuius favorem sententia lata est petere et exigere prout sibi libuerit.

nova constitutio

De iuramento in iudicio recipiendo vel referendo.

Constituimus et ordinamus quod in quacumque causa civili cuiuscumque quantitatis existat et in quacumque parte litis una pars alteri possit deferre sacramentum super eo quod petitur et teneatur ille cui delatum fuit sacramentum iurare vel iuramentum referre, nisi allegaverit se non recordari, et voluerit habere dilationem ad pensandum, quia tunc ei detur dicta dilatio,

Quod si hoc recusauerit si fuerit actor cadat ab actione et absoluatur reus a petitione actoris, Condempneturque ipse actor in expensis. Si vero fuerit reus, et iurare vel referre recusauerit condempnetur ad petita super quibus noluerit iurare vel referre, et etiam in expensis. Et habeat locum etiam in pendentibus causis.

E

[C]onstitutioni predicte addicimus Constituentes quod transactis terminis limitatis actori et reo ad probandum possint ipse partes hinc inde et adinuicem deferre iuramentum super propositis per eas vel alteram ipsarum.

noua additio

E Verbis iniuriosis in iudicio dictis et prolatis.

[C]onstituimus et ordinamus quod si aliquis protulerit verba in iudicio iniuriosa contra aliquem cuiuscumque condicionis existat, puniatur in pena vnius marche et nichilominus teneatur soluere iniuriam parti. Si autem contra officialem sedentem in iudicio, puniatur in pena viginti quinque librarum

E Consilio non habendo per partes iudicio durante ultra quam a quoque ex astantibus

[C]onstituimus et ordinamus quod sedente domino vicario

et iudicio in civilibus causis durante, neutra pars possit nec valeat convocare astantes vel alios cum suo advocato ultra quinque ad sudium consilium. Et si secus factum fuerit, nichilominus procedatur.

De sententiantibus et circumstantibus allegatis pro suspectis.

Constitutum et ord. quod si aliquis allegaverit aliquem pro suspecto in sententiando, teneatur declarare causam suspitionis, que causa si fuerit admissa tamquam legitima suspitionis, que causa si velit probare statim causam suspitionis per examen astantium suo, si velit probare statim causam suspitionis admittatur ad probandum, quam probationem ibidem et illico sine aliquo termino vel intervallo sibi dando probare teneatur. Et si non probaverit cadat in penam xl. den. dandorum illi qui allegatus fuerit suspectus. Et hoc nisi stare vellet sacro eius quem allegavit suspectum, quo casu etiam si iuraverit illum tamquam non fore verum, cadat in penam predictam quam solvere teneatur ibidem et illico, aliter non audiatur nec in agendo nec in deffendendo sed in causa procedatur contra eum allegantem suspitionem quemadmodum est contumax. Si non causam dicte suspitionis tamquam legitimam per examen admissam probaverit aut per legitimam probationem illico ut supra, aut per confessionem illius allegati suspecti, de pena predicta nichil solvat, et predictus allegatus suspectus in dicta causa sententiare non possit.

De obligatis ad respondendum in pluribus locis coram pluribus iudicibus.

Constitutum et ord. quod si aliquis debitor in instro debiti obligaverit se ad respondendum de dicto debito coram diversis iudicibus, dominis seu officialibus, et in diversis locis, quod coram quolibet officiali ~~et notatis in instro~~ et in quolibet

Loco nominato

Loco nostro conveniri valeat et in quocumque dictorum locorum et coram quocumque officiali ex nominatis in illis coram quo creditor ipsum convenerit teneatur et compellatur dummodo non extra districtum et ducatum Foriiulii de debito respondere. Et habeat locum in futuris contractibus tantum.

De debitoribus et fideiussoribus diversorum valentibus coram domino patriarcha et eius vicario conveniri.

Quia in casu infrascripto contingit creditores multis gravaminibus molestari idcirco constituimus et ordinamus quod si reperiatur principalem debitorem et eius fideiussorem vel fideiussores sive diversum forum et habitationem in diversis locis quod creditor isto casu possit convenire coram domino patriarcha vel eius vicario omnes simul tam principalem quam fideiussores non obstante aliqua exceptione fori.



De forensibus et hiis qui ingrediuntur violenter domos et habitationes aliorum.

Constituimus et ordinamus quod quicumque ecclesie Aquilegensis subditus seu incola vel habitator in terris vel locis ecclesie Aquilegensis subditis aut et forensis proprio arbitrio et eius auctoritate per se vel interpositas personas absque iussu domini seu curie cui subest occupaverit seu invaserit mansos braydas, prata, nemora seu possessiones alias, quarum aliquis alius fuerit possessor aut quas aliquis possederit, seu proprio arbitrio absque iussu domini depredatus fuerit vel rapuerit equos, boves, oves ceteraque animalia, aut bladum vel vinum seu quascumque alias res existentes aut existentia in possessione aut

tenuta alterius psone seu quas q que alius tenuerit ul possiderit
et si ex hoc euictus fuit coram dno potesta ul eius officialibus re-
stituat q condempnet ad restituendum rapta et accepta ad alterius
cum dampnis q expensis et ad soluendum p bano Comuni qn-
quaginta libr soldos veron paruor. Siquis no ex predis psonis
sua ppa aucte ingressus fuerit domum alicuius sitam in dictis
castris et villis predis hospite domus contradicente ul si eo
absente contradicente aliquo de eius familia, soluat libras
xxx. solamonitas si octo frx p libra p ingressu q tondem p
egressu que pena parti iniuriate aplicet. Gastaldiones no
et ceteri officiales dni patrie guadias exigant nisi consue-
tudinem in corp gastaldye actenus obseruatam. Et hec heant
locum in preteritis et futuris.

E

Constitutioi pre precedenti addentes constitum q si
aliquis cum aliquib animalibus ul aliquo anali pis-
culauit in pascuis pratis braydis seu alys posse-
ssionibus ad ipm no ptinentib, no intelligat exfortium co-
misisse nec ad penam exforcy teneat sz solum ad extima-
tionem dampni dati et ad moltam que in excedere no de-
beat den octo aquil mon et exigi no ualeat nisi semel p
vno excessu et hoc etiam locum hre volumus in quocumqz
alio gñe dampni dati in alterius territorio dummodo dam-
num no excedit ualorem viginti frx ul psone ponti et
resistenti factum seu illatum fuit. Sz si dampnum infer-
rens ostenderit ul ostendere voluerit cum accusatore eius
sup pprietate ul possone rey ul territory in quo dicit dam-
pnum datum ee et in pdca ea ul controuersia pprietatis
ul possionis fuerit, tunc intelligat exfortium comisisse
et ad penam exforcy teneat.

noua addito

De ordine Iudicij et de modo procedendi in causa exforcij.

Constituimus et ordinamus quod siqua persona fuit citata leg-
itime et secundum consuetudinem actenus super citatoribus pro
exforcijs observatam, qualiter debet esse ista citatio declaratur
inferius in presenti additione, ex eo quod dicatur comisisse exforcium, et super
exforcio querimonia contra ipsum exponatur opportet teneatur persona-
liter ad suam deffensionem faciendam. Alioquin si sic non com-
paruerit proclametur publice secundum antiquam consuetudinem, et ipso
nec aliquo pro ipso legitime comparente, facta fide de citatione
et proclamatione, tunc proposito facto per actorem quod ille de quo con-
queritur exforcium comisit, ipse de exforcio condempnetur
ad solvendum bannum Curie ac etiam ad restituendum
ad altressum conquerenti omnia rapta, et accepta, et nichi-
lominus dictus actor inducatur, et teneatur in tali possessione
illius rei in qua est factum exforcium in quali erat tempore
comissi exforcij de quo querimonia est exposita et super rebus
raptis restituendis duplicatis stetur sacramento actoris sine aliqua
taxatione et si res ipsas perierit. Et hoc si res rapte vel accepte
cum altressa non excedant summam Centum marcharum denariorum
alioquin non stetur suo sacramento sed legitime probet res raptas
et acceptas saltim per duos testes cum suo iuramento, et
possit fieri talis probatio etiam per domesticos. Si non personaliter
comparuit tunc procedatur simpliciter et de plano summarie, et
sine strepitu et figura Iudicij. Si non personaliter non
comparuerit citatus sed alius excusator pro eo legitimatus ibidem
per terminum, audiatur et admittatur ad allegandum eas legitimas
absentie dicti citati, quarum causa siqua fuit admissa, et legit-
timata, tunc in dicto termino non procedatur per eius absentiam
sed alius terminus eidem assignetur in quo personaliter compareat
si potest, quia forsitan cessabit impedimentum, nec aliquod
de novo superveniet. et si non potest propter impedimentum superdictum
tunc sufficiat comparere ad terminum per legitimum procuratorem cum
quo procedatur. In casu non in quo excusator non esset legitimus
si cause non fuerint legitime primi citate per terminum, tunc
procedatur proinde ac si nullus comparuisset. Et hoc habito

Locum etiam in causis pendentibus. 7 c quibus. 2

Ista questio est in fine ultime carte, quam defraudabit(?)

De ordine iudicii quod agitur super exforcio citato nominatur relevatorie ∧

Nova additio

Constitucionem proxime precedentem in principio declarando addicimus quod si quis vult aliquem convenire pro aliquo exforcio, sufficiat ipsum citari semel tamen si fuerit personaliter inventus. Si vero non fuit personaliter inventus in prima citatione tunc citetur ad domum et ibidem cedula dimissa sed adhuc teneatur ipsum citare secundo citari personaliter vel ad domum ibidem etiam dimissa cedula cum proclamatione solita et si propriam non habet habitacionem tunc sufficiat unica proclamatio et citatio facta in platea loci ubi solet habitare.

Hic de citatione quot sufficiunt et qualiter debent in exforcio

∧

Super eodem citato allegante se fecisse cum nuncio domini et eius licencia vel mandato.

Constituimus etiam quod si aliquis citatus coram aliquo exforcio legitime compareat et responderit et allegaverit se fecisse illud quod fecit cum nuncio domini et de ipsius domini licencia vel mandato et hoc probet saltem per relationem preconis, tunc absolvatur ab exforcio et pena exforcii. Et nihilominus tamen restitutione ablata vel damnum emendare facta teneatur simpliciter sine pena exforcii cum dampnum et expensas nisi probet se rationabiliter pro laudum et sententiam de eis inventum alia et licenciam obtinuisse. Et salvo nisi allegaverit et probaverit alia causam que ibidem pro omnium astancium iusta fuit approbata. Et habeat locum etiam in causis pendentibus.

De hiis qui iniuste pignoraverunt pro bailivis et officialibus cum nuncio domini existentes ad restituendum ablata cum altercatione.

Nova additio

Constitucionem proxime precedentem et loquentem de eo qui allegat se fecisse cum nuncio domini vel de eius mandato. Addentes

. et ipsam declarantes Constitutum et ordinatum est quod siquis citatus super exforcio
allegaret se fecisse illud super quo citatus est cum iussu domini vel de eius
mandato vel licencia, et obtentum fuerit contra eum quod non iuste et
rationabiliter pignoravit seu accepit aut pignorari seu accipi fecerit
et sic succubuerit, teneatur pignorata et accepta per eum pignorata
et conquerenti restituere ad alteriussum cum dampnis et expensis, etiam
si obtinuit mandatum a domino ad pignorandum pro suis affectibus vel ha-
bellis, non tamen in isto casu cadit in penam quinquaginta librarum
vel minoris summe in aliis casibus pro exforciis constitutam et de valore
ablatorum et acceptorum stetur facto ipsius conquerentis ut premittitur
obtinentis :)

Super eodem citato vel ambabus partibus allegantibus possessionem annuam :)

Constitutum et ordinatum est quod si aliquis citaret occasione alicuius exforcii legitime
commissi et ipse reus, et actor allegaverint se fore in possessione
rei super qua dicitur exforcium fore factum per annum, eidem
parem potentes et lapsum, Tunc ambe partes admittantur ad probandum
et probare teneantur annuam possessionem pacificam et non litigiosam cum
perceptione fructuum, seu affectum, videlicet perceptionem pacificam fructuum
provenientium anno proxime preterito, vel maioris partis dictorum fructuum,
quod possessio taliter probata habeatur pro annua possessione nisi fuisset interrupta
per citationem factam trahendo possidentem ad iudicium coram domino
potestate vel eius vicario Et in hoc casu veniant potius volentes compa-
rare manutentores admittantur ad ipsos producendos, Et isto casu
manutentores contra suos maiores
debitores sit super proprietate ipsius litigantibus contra suos maiores
Iudicium iura sit super proprietate ipsius litigantibus ... fuissent, et iudi
...

et hec intelligatur nisi iustum impedimentum intervenerit. quod utrum
sit iustum pro arbitrio astantium declaretur. et tunc si dictum impedi-
mentum pro arbitrio fuerit iustificatum suspendatur utrique parti pro termino
alio decem dierum ad dictam probationem faciendam, quibus elapsis nulla
petitio super ipsa probatione facienda ulterius audiatur sed ulterius proce-
datur, et donec dicta causa fuerit finita et terminata et executioni man-
data nulla petitio audiatur super proprietate seu petitorio, remanentibus
tamen omnibus iuribus salvis utrique parti super proprietate seu petitorio.
Et si reus allegans huiusmodi possessionem annuam succubuerit in
dicta possessione annua allegata, teneatur parti victrici ad absolvendum
eum damnis et expensis et ad bannum curie usitatum v. quinquaginta
librarum. Et quia sepe rei allegant indebite possessionem quam
obtulit se probaturum et non probavit, et indebite negavit actorem vel
omnia, solvat dicte parti obtinenti pene nomine libras viginti quinque
Et si autem actor succubuerit in dicta probatione possessionis annue per eum
allegate, solvat expensas reo et ultra hoc pene nomine libras quinque.
quarum medietas applicetur curie et alia medietas ~~parti~~ reo
victori. Et hoc habeat locum etiam in pe-
dentibus causis.

De Termino x. dierum limitato actori et reo super exforcio rei mobilis.

Constitutori pro sedenti addendo statuimus quod si aliquis
conveniat aliquem de exforcio super rebus mobilibus et non sit
contentio probato possessionis rei immobilis seu stabilis te-
nentia, simul et semel detur terminus ad proban-
dum in tali causa utrique parti simul et semel dierum decem quin-
dum quicquid probare voluit infra spatium decem dierum conti-
nuorum a die limitati dicti termini et ipso excluso.

nova additio

Super eodem cum allegatur possessio noviter acquisita et videtur allegata
super petitorio.

Constituimus et ordinamus quod si partes in causa exforcii vel alia

pars allegaverit vel allegaverint possessionem annuam continuata possessione
auctorum suorum cum sua possessione, tunc in omnibus et per omnia procedatur
secundum formam constitutionis prime precedentis, reservato semper iure
eis contra suos maiores ut est per ordinem. ~~Et si non ambe partes super~~
ea possessionis ut est per ordinem. Et si non ambe partes super ea possessionis
et litigio super possessione omissis vellent concorditer super petitorio
et possessione litigare contra iura corporum et plateas ac manutentores
super huiusmodi productione hoc possint, et tunc procedatur in dicta causa secundum ordinem
et constitutionem superius qua agitur et litigatur de territorio et
super territorio, et nichilominus possit diffinita coram domino vicario sine
[illegible] Set si altera partium vellet tantum instare super possessione et causa
possessionis prius diffiniri, et pars adversa que non annuam sed novam
possessionem allegat velit iura sua super proprietate et possessione et maiores
productiones audiatur, et similiter audiatur alia pars super proprietate et tunc
disputetur simul et semel super possessione et proprietate. Et procedatur
summarie et de plano, et teneantur et possint tunc dicte partes
infra viginti quinque dies a die allegate dicte possessionis eorum ar-
ticulos et interrogatoria ac testes producere et communicari facere et
deponi fecisse et produxisse infra iura manutentores processus
fictos in iudicio vel extra, et similiter quecumque producere voluerint
procedendo de die in diem parte presente vel contumaciter absente ad
actus in quibus est necessaria presentia vel contumacia partis in dicta causa
in qua causa non possint produci pro parte qualibet ultra viginti quinque
testes et hoc intelligatur nisi iustum impedimentum interve-
nerit, quod utrum sit iustum per dominum assistentium declarari
et tunc si dictum impedimentum fuerit per dominum iustificatum super-
dantur utrique parti temporis xxv. dies ultra quod dicte partes
debeant omnia que voluerint in dicta causa produxisse et fecisse, quibus
elapsis nulli partium audiatur ulterius in dicta causa, qualibet impedi-
menti allegatione sublata penitus et exclusa. Et tunc ad diffinitivam
sententiam procedatur, que coram vicario possit et valeat diffiniri et
super proprietate et possessione, et in casu quo actor potior appareat et
obtineat in proprietate possessione reus adimpleatur de exforcio
secundum constitutiones superius editas, licet reus obtineat in posse-
ssione, cui vero obtinenti in proprietate restituatur possessio simpliciter
cum dampnis et expensis. Et in omnibus dicta causa habeat naturam

et diffinitionem causarum extorsionum tam in possessorio quam in penarum exactionibus et omnibus aliis. Et hec constitutio habeat locum etiam in pendentibus causis.

E

De hiis casibus in quibus qui agunt super extorsionibus possunt testes sua iura et manutenentores producere super proprietate

Nova additio

Constitutioni nostre precedenti et loquenti de eo qui allegat possessionem noviter acquisitam addentes et ipsam declarantes et limitantes constituimus et ordinamus quod illud quod in dicta constitutione cavetur, scilicet quod si aliquis non anticam sed novam possessionem allegat et vellit iura sua super proprietate et possessione et manutenentores producere audiatur et disputetur simul, et cetera, habeat locum in tribus tantum casibus videlicet super proprietate et possessione in infrascriptis casibus: quando ipse qui non anticam sed novam possessionem allegat dicit rem de qua agitur fore venditam ad incantum contra ipsum contra quem querimonia est exposita vigore alicuius questionis per curiam litatam contra ipsum. Secundo quando allegat rem de qua agitur fore venditam contra ipsum vigore alicuius obligationis communionalis facte per ipsum. Tercio quando allegat rem de qua agitur fuisse sibi datam aliquo titulo alienationis ab eo a quo contendit vel ab alio habente ab illo tamen. In hiis tribus casibus tantum possit ille qui non anticam sed novam possessionem allegat vellit iura sua et manutenentores producere super proprietate et possessione, possit et valeat etiam contradicente parte adversa. Quo casu etiam pars adversa possit etiam si vellit iura sua super proprietate et possessione ac manutenentores producere.

~~Hic deficit unum capitulum quod incipit: De causis [illegible] expendendis coram duo [illegible] [illegible].~~

Nova constitutio

De massariis et colonis ad probandum possessionem admittendis. Rubrica.

Nota quod potest probari possessio alicuius per colonos et per cultores

Constituimus et ordinamus quod si contingat seu contingat aliqua

probationem fieri debere super possessione alicuius mansi, domus, braide seu
alterius terreni, seu alterius iuris quod contenderetur super aliquo terreno
quod dicta probatio fieri possit etiam per massarios, et colonos, livella-
rios et alios solventes ficta iura dictorum bonorum, probando etiam fa-
mam et de possessione dictorum bonorum, et quod talis probatio sufficiat
et legitima reputetur etiam si admisse sint ambe partes, et contra
ad probandum possessionem in quo casu dicti coloni et alii supradicti
produci possint per partes et in testes admittantur et in hoc casu pre-
valeat ut convenit probatio illius partis que meliores et pleni-
ores probationes produxerit. et habeat.

De litteris obligatoriis, et aliis recognitionum cum sigillis vel non factis.

Quia per litteras privatarum personarum et sigilla multe
potuerunt deceptiones et falsitates committi. Constitutum
est et ordinatum, quod si aliquis agere vult vigore alicuius
littere obligatorie contra aliquem, illam etiam parte absente
et non citata legi facere possit in iudicio. qua lecta in iudicio
pars producens contra quam producatur citari faciat quod usque ad [illegible]
sextam diem computandam a die presentationis cedule citationis
et illo incluso debeat fecisse quod in littera continetur, aut ad sextam
diem sextam computandam inclusive compareat ad negandum, contra
dicendum vel confitendum que in dicta littera continentur. Et
siquidem infra dictum terminum, seu in dicto termino personaliter citatus
non satisfecerit, nec comparuerit in iudicio, licitum
et invictus non satisfecerit [illegible] ad accipiendum de bonis suis
pro convicto, et statim [illegible] dicta littera fuit in iudicio producta et lecta
eius contra quem dicta littera fuit in iudicio producta. que tamen littera appareat
iure contenta in dicta littera. que tamen littera appareat
ibidem in iudicio scripta de manu illius contra quem producitur
seu illius in cuius locum successit et si ibi tunc apparere

Nota statute

non possit quicumque produci possit probationem aut per comparationem litterarum
aut per dicta testium cognoscentium litteram, et dicta probatio fieri
possit etiam parte absente et non citata, vel si non dicatur scripta
manu eius qui apparet obligatus in littera sed manu alterius sed
manifeste appareat in iudicio dictam litteram fore sigillatam cum
sigillo illius qui apparet obligatus in littera et voluntatem duorum
subscriptorum testium ut inferius anotatur. Si non in prima citatione non
fuerat personaliter inventus, tunc cedula ad domum sue solite ha-
bitationis dimissa citetur per modum consuetum, qui sive inventus
fuit sive non si in termino non comparuerit seu iusto dominum terminum
non satisfecerit habeatur pro convicto et cetera. Si autem comparuerit in
termino et confiteatur litteram fore scriptam de manu propria sua, vel illius
cui succedit seu in eius locum succedit seu confitentur litteram
fore scriptam de manu alterius de suo tamen expresso mandato, tunc habeatur
pro convicto, nisi forsitan probare voluerit solutionem seu remissionem
seu absolutionem eorum que in litteris continentur, quo casu ad-
mittatur. Si autem comparuerit in termino et contradixerit seu nega-
verit litteram fore scriptam de manu sua propria, seu eius in
cuius locum succedit et convenitur, et si fuerit probatum per partem
producentem litteram illam fuisse scriptam de manu sua propria
habeatur pro convicto, nec admittatur illius ad aliquam deffensionem
faciendam nec aliquid probandum quod de iure possit. Si autem pro-
batum fuit illam litteram fore scriptam de manu eius in cuius
locum succedit et convenitur, tunc adhuc possit probare solutionem
seu satisfactionem eorum que in litteris continentur. Si autem littera
que in iudicio producitur dicatur scripta manu alterius tercie persone
et sigillata sigillo proprio illius contra quem producatur seu illius
in cuius locum succedit et convenitur, tunc si ille contra quem produ-
citur negaverit fore scriptam de voluntate sua, seu sigillum fore
suum proprium, vel si confiteatur fore suum proprium sed negaverit
fore appositum in dicta littera de voluntate sua, tali littere
non adhibeatur fides, nisi littera illa fuit subscripta et roborata
per subscriptionem duorum testium bone oppinionis et fame, testi-
ficantium in ipsa littera per eorum scripturam seu subscriptionem quod
dicta littera fuit scripta per talem personam de voluntate, et
mandato expresso illius qui apparet obligatus in dicta littera, et sigillata
sigillo proprio ipsius qui in dicta littera apparet obligatus, et de sua voluntate.

De terminis assignandis ad opponendum et replicandum actori et reo.

Constitutum et ordinatum quod cum attestationes vel instrumenta vel alia munimenta
fuerint producta in iudicio per actorem vel reum ad comprobandam
intentionem probandam et actor vel reus copiam petierit productorum, quod tunc statuatur terminus parti copiam petenti
secundum qualitatem facti de quo agitur per curiam astantium moderandus
infra quem terminum debeat habere copiam et opponere quicquid opponere
intendit. Et si non aliquid fuerit in scriptis oppositum seu exceptum infra
eundem terminum et illa pars velit replicare quod tunc ei statuatur terminus
competens replicare volenti per curiam astantium moderandus
ad replicandum. Et si aliquid fuerit replicatum statuatur terminus
ad alteri parti petenti ad triplicandum per curiam astantium
moderandus. Et si aliquid fuerit triplicatum alteri parti
petenti terminum ad quadruplicandum statuatur terminus brevis
eidem. Quibus terminis currentibus nulla pars audiatur nisi ad finem
diffinitivam procedatur. Prius tamen facta relatione in iudicio super hiis que
acta sunt et producta, si in hoc partes fuerint concordes de
relatione facienda, vel si in hoc partes non fuerint concordes tunc
procedatur ad diffinitivam sententiam per laudum et curiam iuxta morem patrie
tunc auditis primum allegationibus que oretenus dicere voluerint.
Predicta autem habeant locum quando
tempore sine preferende. Predicta autem habeant locum quando decernatur copia per viam in-
formandi, tunc ille cui decreta est copia non possit opponere aliquid
in scriptis, sed oretenus si velit. Quo casu si pars adversa aliquid
velit replicare possit facere, et semel tamen. Ad quod faciendum
habeat tantum terminum quantum habuit eius adversarius ad opponendum.
Et utrique parti ad faciendum predicta statuatur et detur
minor terminus octo dierum, et idem observetur ubicumque oretenus
opponitur et non in scriptis. Exceptiones autem et replicationes et
triplicationes et alie obiectiones que fiunt oretenus ibidem coram
copiarum petitione statim determinentur, et determinantur more co-
lito. Et habeat locum etiam in causis pendentibus. Cit

vero constituto

De vero deposito et ficto. Rubrica.

Constituimus et ordinamus quod illud censeatur et dicatur verum depositum quod factum est penes unam personam tantum et de quo in instrumento appareat fore ibidem datum et consignatum, et in quo nullus appareat terminus, nec simplex confessio sine consignatione, et in quo non apparet fideiussio aliqua nec pena cum sine hiis evidenter appareat contra confidencia prout in vero deposito requiritur inter deponentem et depositarium, nec propter hec mutetur verum depositum si in instrumento vel alia scriptura loquente de vero deposito appareat obligatio seu bonorum dicti depositarii, et in tali et super tali deposito fiat executio consueta, scilicet quod possit deponens ipsum instrumentum depositi in iudicio parte etiam non citata, nec pronto producere et ipsum facere legi, ipsoque lecto detur nuncius ad notificandum depositario quod sit in concordio cum deponente infra tertiam diem a die notificationis computando, et illo incluso, aliter detur nuncius ad accipiendum de bonis depositarii transactis dictis tribus diebus. Omnia autem alia instrumenta depositorum loquentia et continentia depositum aliter quam dictum est supra vel continentia confessionem depositi sine consignatione facti vel terminum vel fideiussionem aut penam vel si fiat apud plures personas, declaramus fore mutua et debita simulata et potius censeri de mutuo quam de deposito et non habeant privilegia veri depositi et contra illa procedatur prescriptio sicut in aliis mutuis in quibus si contineatur quinto procedatur sicut in aliis mutuis omnibus.

Hic deficit una rubrica que incipit De sententiis diffinitivis proferendis coram duobus iudicibus [illegible] omittitur

De appellationibus et in quibus causis appellare non licet.

Constituimus et ordinamus quod a sententia lata in causis [illegible] coram duobus [illegible] vel [illegible] super summa quinquaginta librarum vel ab inde infra, seu per rei estimationem quinquaginta librarum vel ab inde infra nullatenus audiatur appellans neque agens de nullitate, sed sententia executioni mandetur.

Item ab interlocutoriis latis vel gravaminibus ante diffinitivam
sententiam illatis nullatenus quis audiatur appellans nisi esset talis
interlocutoria vel tale gravamen quod pareret preiudicium negotio pri-
ncipali vel non staret declarator astancium Et siquidem decla-
raverint ipsam appellationem procedere ex eo quod pareat preiudicium
cause principali tunc supersederi debeat in processu cause principalis
donec appellationis causa fuerit determinata. Ita tamen quod in diffinitivis
latis super summa maiori quinquaginta libr. vel rem maioris extim-
ationis licitum sit unicuique appellare dum non sit talis causa
actionis in qua procedi debeat ex forma constitutionum dominicarum simpliciter
et de plano sine strepitu et figura iudicii vel sit ea talis qua
petuntur dotes vel repetuntur et que peti possunt morgengapi disspon-
sationes vel causa sponsorum vel ea que tangat nostrum
...ie et conditionem vel causa ... vel dependencia a predictis In quibus casibus nu-
merosis seu grossis vel dependencia a predictis audiatur appellans vel de nullitate agere
volens. Et hoc locum habeat in causis pendentibus et preteritis.

nocumentum pareat preiudicium negotio principali (marginal note)

De appellationibus infra quindecim dies corrigendis claudendis et
sigillandis.

Item constituimus et ordinamus quod super appellationibus admissis per sententiam
coram quocumque iudice capitaneo vel gastaldione appellans
teneatur et debeat ~~sententiam~~ *[illegible]* corrigi facere et sigillari infra
quindecim dies continuandos a die interpositionis dicte appellationis
quindecim dies ... elapsis dictis quindecim diebus nisi correcta et
admissa aliter elapsis dictis quindecim diebus nisi correcta et
sigillata fuerit cessante impedimento legitimo. Appellatio cum
sigillata fuerit cessante impedimento legitimo. Quam quidem appellationem sic correctam et
scriptam et dictam. Quam quidem appellationem sic correctam et
sigillatam teneatur appellans cum omni diligentia et solicitu-
dine prosequi et producere in primo colloquio fiendo post datam appe-
llationem vel potius. Et si in dicto primo colloquio non fuerit appe-
llatio terminata tunc teneatur appellans in aliis sequentibus

colloquiis statim procedant adhibere diligenciam et solicitudinem in pre-
sentatione et prosecutione dicte appellationis. Alioquin intelligatur dicta appellatio
esse deserta. Et hoc habeat locum etiam in pendentibus causis.

De modo servando ut appellatores eas corrigant, claudant et sig-
illent.

Item quia per negligentiam et inherciam parcium et
correctorum appellationes retardantur et dilatantur, quominus
corrigantur et sigillentur in tempus debitum. Idcirco
Constituimus et ordinamus quod interposita appellatione teneatur ap-
pellans statim ibidem in iudicio facere statuere terminum parti adu-
verse appellanti ad tercium diem sequentem inclusive die quo statutus
est terminus ad videndum corrigi, claudi et sigillari appellationem
interpositam. Quo termino adveniente si pars contra quam est appellatum
comparuit in dicto termino, et pars appellans non comparuit ipso iure
sit cassa et deserta intelligatur dicta appellatio, dum legitime constiterit
de termino et hoc nisi iustissimum impedimentum intervenerit legi-
time et sufficienter probatum et iustificatum per dominum in con-
dictorum iudicum, quo casu non intelligatur deserta appellatio coram illis
contumacie. Si vero pars appellans comparuit in termino ut premit-
titur trium dierum et pars contra quam appellatum est non comparuit
tunc appellatio producta per appellantem ibidem in iudicio legatur et
legitimetur et lecta et legitimata ibidem claudatur et sigilletur
salvo iustissimo impedimento occurrente parti non comparenti
probando et iustificando ut est quod impedimentum per allegantem
illud probetur infra tres dies continuandos a die dicte allegationis inclu-
sive. Si vero utraque pars comparuit in dicto termino, tunc legatur
ibidem dicta appellatio, et si fuerint partes concordes quod dicta
appellatio bene et debito modo sit scripta sicut ... tunc

statim claudatur et sigilletur. Ubi autem concordes non fuerint dicte partes
de tenore appellationis predicte, tunc dicte partes eligant unum co-
rrectorem si de aliquo possint concordari qui sic electus infra sex di-
es incluso die precepti debeat correxisse dictam appellationem sub pena
dimidie marche denariorum Civitati aplicande sine aliqua remissione. Si
vero non possint concordari de uno solo, tunc quelibet pars teneatur
sibi eligere unum et ibidem teneatur dari per dominum non suspectum alicui
partium, causa suspitionis allegata et per eundem iustificata
in casu quo aliquis videatur suspectus. Quibus correctoribus elec-
tis ibidem in iudicio, ad instantiam partis appellantis statuatur
utrique parti terminus trium dierum, incluso die precepti sibi facti
et quod ad certum locum et certam horam diei ad quem terminus
est statutus, quem locum et horam dominus duxerit eligendos, debeant
ambe partes suos correctores producere pro appellatione corrigenda.
Et si aliqua partium suum non produxerit correctorem in dicto ter-
mino, loco et hora cadat in penam quadraginta denariorum aplicanda
parti que suum produxit correctorem, Et nichilominus teneantur ambe
partes in tercia die sequenti inclusive ut supra, loco et hora in primo
termino ordinatis suos correctores producere Et si aliqua partium tunc
non produxerit suum correctorem cadat in penam xl denariorum apli-
candam ut supra, Et nichilominus ambe partes teneantur et debeant
tercio suos producere correctores et quarto producte tenuum corre-
ctorem datum per dominum qui omnes quoniam in tercio die proxime
sequenti die incluso ut supra loco et hora dicti in primo termino statuto pro
dicta appellatione corrigenda, que appellatio corrigatur per
correctorum vel correctores qui ibidem fuerint presentes, Et dicta
appellatio sic correcta per correctorem habeatur pro legitime correcta
et quod possit omnino claudi et sigillari, omnibus aliis cavillationibus
et oppositionibus reiectis et teneatur tercius corrector datus per
dominum in dicto termino ad requisitionem partium adesse in loco de-
putato ad corrigendum dictam appellationem, simili pena me-
die marche Civitati aplicande sine aliqua remissione, prius de-
putato sibi salario per dominum ab utraque parte, solvendo
secundum qualitatem facti. Ubi autem aliqua partium inciderit in
aliquam penam ex supradictis penis, nisi solvat predictam penam
alteri parti, non audiatur cum correctore suo, set habeatur pro inde
ac si adhuc non produxisset suum correctorem. Et presens

constituto vendicat sibi locum et in appellationibus que concedunt per pretores
obtentas. Et hec habeant locum etiam in causis pendentibus.

De Correctore unico elligendo super appellationibus corrigendis.

Constitutionem per predecessorem ab illis ubris . ubi autem con-
cordes non fuerint dicte partes usque ad finem dicte appe-
latione constitutionis corrigentes cassantes et renovantes

Nova constitutio super correctore appellationum

Constitutionem et ordinem quod ubi de tenore appellationis producte in scriptis in iudicio
partes concordes non fuerint teneantur eodem dicte partes statim
unum elligere correctorem, et de uno tantum correctore concordare
si concordare possunt. Si autem de uno tamen correctore dicte
partes non concordaverint, vel concordare non poterint antequam vicarius
vel officialis recedat a iudicio, tunc notarius qui scribit in
causa solus deputetur pro correctore et intelligatur deputatus et electus
communiter ab utraque parte pro correctore. Qui corrector sive nota-
rius electus sive notarius deputatus ut supra teneatur et de-
beat infra sex dies a die appellationis producte in scriptis in iudicio
et illo die non incluso dictam appellationem corregisse sub pena
medie marche curie aplicande absque aliqua remissione. Et
appellato per dictum correctorem electum vel per notarium deputatum ut supra
correcta habeatur pro legitime correcta, et possit sive claudi et si-
gillari omnibus aliis oppositionibus et cavillationibus que concedunt
per pretores obtentas.

De Appellationibus terminandis per Cologuium seu consilium colloquii.

Quia ut plurimum appellationes interposite ad generale Cologuium
per varia et ardua negocia principaliter in Cologuio proposita

et expedienda plus debito prorogantur, et fere nunquam expediuntur, adeo ut lites diriviantur. Constituimus et ordinamus quod si appellatio aliqua fuerit interposita ad generale colloquium, et colloquium deputaverit et consenserit, quod consilium colloquii et prudentes convocandi debeant appellationes definire, tunc dicte patrie et consiliarii convocent expertos et prudentes prout eis videbitur expedire, pro dictis appellationibus expediendis, et quicquid determinatum fuerit per consiliarios vocatos vel majorem partem omnium ipsorum, habeat tantum firmitatem quantum haberet si per totum colloquium fuisset specialiter determinatum. Et hoc habeat locum etiam in causis pendentibus.

De prosecutionibus appellationum in parlamento et consiliis.

nova constitutio

Constituimus et ordinamus quod appellantes teneantur eorum prosequi appellationes in primo colloquio futuro fiendo post interpositionem et correctionem ipsarum, et si contingat ipsum colloquium appellationes ipsas remittere ad consilium, tunc teneantur appellationes illas prosequi in illo consilio tantum quod immediate sequitur ipsum colloquium et omnibus diebus quibus durabit ipsum colloquium consilium. Et si die illa, qua vel quibus fuit consilium illud celebratum et continuatum non fuerint appellationes ipse decise et determinate, non teneantur appellantes eas prosequi in aliis consiliis extraordinariis sed solum in alio colloquio immediate sequente et in eius consilio proxime subsequuturo. Teneantur etiam prefati appellantes in prosecutione earundem appellationum prescriptum ordinem observare donec dicte appellationes fuerint decise et determinate. Si autem prefati appellantes fuerint negligentes in prosequendo eorum appellationes ordine, tempore, modo et diligentia predictis, tunc intelligantur et reputentur eorum appellationes casse et deserte.

De preceptorib(us) R(ubric)a,

Onstituimus et ordinamus q(uod) si aliquis posuerit se in prec(e)p-
cionem seu debitu(m) dictam preceptorem putasse duo vel
cui eam commisit generaliter vel specialiter infra tres dies
computandos a die responsionis preceptoris inclusive, qua preceptore computata
teneatur infra decem dies sequentes dictam preceptorem prosequi. Et si
de iustificatione preceptoris aliqua questio inter partes oriretur, tunc
stetur processui scripto p(er) notarium. Et si aliqua persona vellet
allegare q(uod) sit aliud vel plus vel minus scriptum q(uam) actum et
gravatur
dominum in iudicio, tunc p(er) dominum vel illum cui commisit
arbitrio suo. Et si defi-
ci[e]ntur ad probandum contra illa que arbitrio suo ... Medietas
cedat in penam ... marche donaiod(?) medietas
venit in probatos cadat in penam ... et alia medietas parti alterii et
... curie applicetur. Curie et alia medietas parti alterii. Et
hoc habeat locum etiam in pendentib(us) causis.

De termino trium dierum sup(er) preceptore putanda computando a die
facte responsionis R(ubric)a.

Onstitutor pre(ce)pte sub R(ubric)a de preceptorib(us) addentes
illamque declarantes constituimus et ord(inamus) q(uod) illi tres
dies statuti p(ro) termino ad putandum preceptorem non cur-
rant nec incipiant currere nisi ab illa die qua vicarius vel offi-
cialis fecerit seu dederit responsionem sup(er) preceptore an eam
admittat vel non seu respondeat illam nec admittere, nec re-
c(ipi)e et illo die non incluso.

non addito

De p(ro)scriptione preceptoris et expen(sis) reficiendis p(er) preceptorem p(ro)ducentem

novum statutum

Item constituimus et ordinamus quod si aliquis posuerit se in protec
cione in aliqua causa teneatur et debeat ipsam protectionis causam prosequi
et finivisse adeo quod super ipsa protectione sit pronunciatum per dominum pa
triarcham vel eum cui commissit infra quadraginta dies continuandos
a die responsionis facte per vicarium vel officialem coram quo fuit in
terposita dicta protectio ultimum ipsam protectionem admittat vel non et
illo die non incluso salvo iusto impedimento iudicis cui de dicto
eius impedimento credatur quo casu statutum tempus restituatur pro
dicta protectione prosequenda pro quantum tempore steterit impeditus et
nisi fuerit infra dictum tempus lata sententia super ipsa protectione habeatur
pro nulla et pro non interposita et procedatur in causa principali
ac si numquam fuisset positum in protectione et si pars que se posuit in pro
tectione succubuerit in ipsa protectionis causa teneatur et debeat reficere omnes
expensas factas in ipsa causa protectionis taxandas per iudicem dicte pro
tectionis quibus non solutis non audiatur agendo nec deffendendo pars
que se in protectione posuit.

De executione sententiarum.

Constituimus et ordinamus quod cum expediens fuerit de bonis debito
ris satisfieri creditoribus utputa quando debitor fuerit confessus
in iudicio parte presente id quod petitum est vel quando
aliquis fuerit condempnatus vel iniunctum ad aliquid solvendum dandum
restituendum seu faciendum primo capiantur bona mobilia debitoris
si extant alioquin si non extant sicta prius relatione per preconem se
non posse invenire de bonis mobilibus debitoris tot quot sufficiant
ad solutionem debiti procedatur ad executionem faciendam de bonis immo
bilibus debitoris deinde perveniatur ad nova debitoris possitque nuncius
seu preco et executor sine licentia iudicis qua vadit ad capiendum et
accipiendum pignora de bonis debitoris accipere unum pignus
tale quale sibi dederit debitor si placet debitori dare pignus
quod si aliquin dictus preco ex officio suo capiat aliquale pignus

quo pignore venditio dictus pretor possit tot bona mobilia debitoris si
extant et illa sine pena capere seu accipere que verisimiliter ascendere
possint ad integram satisfactionem debiti.

De presentatione bonorum immobilium seu stabilium vendendorum ad incantum facienda
debitori per cedulam.

Constituimus et ordinamus quod nulla presentatio aliquorum bonorum nisi
immobilium seu stabilium possit fieri per cedulam in qua
cedula creditor volens facere vendi teneatur etiam et
debeat bona fide facere scribi bona vendenda et fructus qui ex ipsis cont-
ingunt et onera alia signa incumbunt illis bonis cum quibus mainte-
nebuntur. Et siquidem debitor non contradixerit infra
tres dies quem venduntur, et tunc bona illa possint cum fructibus seu oneribus contentis
fructibus vel oneribus tunc bona illa possint cum fructibus seu oneribus
fiant in dicta cedula incantari et deliberari, et tunc licet plus vel minus
solverent pro eis, vel etiam forent plus vel minus onerata intelligantur
et habeantur pro legitime venditis et deliberatis et debitor teneatur illa ma-
nutenere sibi et prout in cedula presentationis ei facte continetur, et si debitor
vel ille contra quem bona venduntur venerit ante deliberationem vel
eius addere vel minuere fructus seu onera contenta in cedula predicta admi-
ttantur et tunc incantentur et deliberentur sibi eius deliberationem diebus
precedentibus deliberationem predictam quibus fuerint bona incantata computatis
et remanentibus in minoribus septem diebus quibus incantata debent fieri
presentatio non et vendito aliter et contra vel preter predictam formam facte
non valeant et habeant locum etiam in causis pendentibus.

Item quod una presentatio posita in scriptis quod ipso debitori ponitur quo et quibus
realibus pertinentiis debet cedula presentationis per scripturam eadem constare
fructibus predicta sic mensis de presentatione bonorum

De venditione bonorum immobilium seu stabilium venditorum ad incantum.

Constituimus et ordinamus quod quicumque aliqua bona immobilia seu
stabilia aut affictus livella vel alienationes seu nomina debitorum

vendi valeant seu vendenda sunt ad incantum ad petitionem alicuius, que ista
bona debeant incantari infra terminos tres septem dierum pro quolibet termino
tercio transactis dictis tribus terminis possit et debeat preco sine aliqua
notificatione fienda illi contra quem venduntur deliberare bona plus offerenti
die proxima immediate post dictos tres septem dies sequenti sive feriata fuerit
sive non. Et si illa die dicta bona non fuerint vendita, tunc non possint
vendi nisi primitus per cedulam notificatum fuerit notificata fuerit illi
contra quem venduntur dies ad quam vendi voluerit ille ad cuius
petitionem venduntur bona alias proferenda. Et tunc incantatio et venditio
possit fieri sine aliqua tercia septem dierum incantatione et talis venditio
hoc modo facta habeat roboris firmitatem. Et hec habeant locum in bonis
que non sunt obligata pro pignore mobili. In quibus bonis obligatis
pro pignore mobili servetur modus consuetus ab antiquo. Et habeat locum
etiam in pendentibus causis et incantis.

De pignoribus singulis diebus etiam feriatis proferendis incantandis
et deliberandis.

Constitutionem proxime precedentem declarantes et illi addentes
constituimus et ordinamus quod omnia bona mobilia et immobilia et nomina
debitorum possint et valeant proferri incantari et deliberari sin-
gulis diebus anni etiam si dies proferendi incantationis et deliberationis
fuerit feriata.

nova additio

De bonis ad incantum vendendis proferendis illis et contra illos qui
sunt extra patriam.

Constituimus et ordinamus quod si quis voluerit facere proferri aliqua
bona immobilia seu mobilia sive sint obligata pro pignore
mobili sive non alicui existenti extra patriam in loco no-
to vel ignoto quod teneatur per publicam proclamationem factam in platea
loci ubi ius reddatur proferri ultra tres decem dies. Que proferendi
sic ut predictum est ultra tres decem dies facta possint vendi ipsa

pignora quemadmodum vendi possunt et venderentur si essent posita ultra termi-
decem dies secundum formam alterius constitutionis. Et illum declaramus esse
de patriam qui non est vel non residet sub dominio et iurisdictione ecclesie secundum
legem et dictam partem.

De bonis ad incantum vendendis et deliberandis in loco ubi primo fuerint
incantata et pena creditoris hoc prohibentis.

Constituimus et ordinamus quod si aliqua bona fuerint incantata secundum for-
mam pre constitutionis precedentis et die qua dicta bona debeat
deliberari non fuerint per preconem dicta die deliberata per inhi-
bitionem sibi factam per creditorem, de qua inhibitione stetur relationi preconis
et contingat postea ad voluntatem vetato ad aliam diem dicta bona vendi
et deliberari, quod dicta venditio et deliberatio alibi nec in aliquo alio
loco possint fieri nisi in loco ubi primo fuerint incantata. Et si in
incantatore vel alio seu aliis incantatoribus talia incantata fuerint
deliberata pro minori precio quam potuerant deliberari et vendi in primo termino
vel alio seu aliis sequentibus quos et quibus fuerint incantata, quod illud
nimis cadit in dampnum creditoris cuius ea et actor dicta bona
fuit minori precio vendita et deliberata. Et intelligantur dicta bona
fore vendita communi ad dampnum creditoris pro tanto precio communi
pro primitus potuerit haberi. Et hec constitutio habeat locum etiam in pe-
dentibus causis et incantis.

De bonis mobilibus excedentibus summam quinquaginta librarum vend-
endis ad incantum preferendis per cedulam.

Constituimus et ordinamus quod nulla prefertio aliquorum bonorum mobilium
excedentium valorem extimationis quinquaginta librarum
dicti incantus possit fieri nisi per cedulam continentem bona
vendita et diem qua debeant deliberari. Et prefertio et venditio

aliter facta non valeat. In bonis non minoris valoris quinquaginta librarum denariorum parvorum sufficiant presentito et vendito facte secundum modum actenus consuetum.

De bonis non deliberatis incantatis et non incantandis ad incantum nomine absentis.

Constitutum et ordinatum quod si aliqua bona incantata non venduntur et deliberantur illa die qua fuerint incantanda et deliberanda, et aliquis supponit precium aliquod pro dictis bonis seu dicta bona pro aliquo precio incantavit, liber et absolutus sit a dicto incantu ille qui supraposuit seu incantavit si et postquam illa dies est non fuerint deliberata. Et quod nullus preco possit aliqua bona incantare ad postam aut ad petitionem vel instanciam alicuius absentis. Sed omnes emere vel incantare volentes aliqua bona vendenda ad incantum teneantur solvere ex pactis aliter empto et vendito facte ad incantum non teneat ipso facto. Et nichilominus preco qui contrafecerit nomine pene solvat marcham unam vel octo diebus retineatur in carceribus. Et hoc habeat locum etiam in pendentibus incantis.

De debitoribus contra quos bona aliqua sunt vendita compellendis ad constituendum seu dandum se vel alios manutentores.

Constitutum et ordinatum quod quicumque qui teneatur bona alicuius manutenere emptoribus ementibus vel constituere aut se constituere manutentorem emptoribus ementibus sive sit principalis debitor sive sit alius manutentor ad incantum sive bona vendita sint ad incantum pro manutentore ex obligatione speciali sive seu alio quocumque executione sive aut ex conventione seu obligatione speciali seu alio quocumque modo. Si per cedulam citatus ad constituendum se manutentorem personaliter fuit inventus et non comparuerit in termino dato cadat in penam quadraginta denariorum domino applicandorum, et nunc si iterato citetur ad constituendum se manutentorem vel si reperiatur personaliter sive non dimissa ...

non repiatur personaliter cedula ad locum sive ad domum sue solite habitationis
aut domicilii et proclamatione ibi per unum preconem facta de dimissione cedule,
tunc teneatur talis sic citatus comparere legitime ad negandum vel confi-
tendum se manutentorem quemadmodum si presens fuisset et si voluntarie ma-
nutentorem se constituisset. Et si in neutra dictarum citationum fuit repertus et
citatus personaliter tunc tercio citetur per cedulam iuxta formam predictam termini
predicti. Et si in illo tercio termino non comparuit habeatur et reputetur pro manutentore
quemadmodum si presens fuisset et se voluntarie manutentorem constituisset
postquam predicta sic pacta teneatur et compellatur elapsis primis decem diebus
limitatis ad luendum pignora infra tres dies proxime sequentes non computa-
ta die qua manutentor constituitur vel reputatur emptor bonorum venditorum
ad incantum dare pecuniam pro quo emit illi vel illis ad quorum instantiam
vendita fuerunt illa bona, nisi aliquis interim apparet contradictor dicte
venditioni, quo casu procedatur secundum formam constitutionis proxime sequentis que
incipit Constituimus et ordinamus quod si aliqua persona. Sub pena tertii dicti pretii
cuius medietas patrimonio Ecclesie applicetur alia medietas alteri parti. Et
quod dominus iudex teneatur exigere penam applicandam parti quam supra. Et
hoc habeat locum etiam in pendentibus causis et incantis:)

De manutentoribus recipiendis nomine emptorum absentium:)

Constituimus et ordinamus, quod in dicta patria vel eius vicarius possit et
valeat nomine, et vice emptoris ementis seu emptorum emen-
tium bona ad incantum recipere manutentores et
eorum obligatores etiam absentibus dictis emptoribus, Et predicta valeant quemad-
modum emptor seu emptores fuissent vel fuissent presentes, vel presens et
personaliter recepisset, vel recepissent manutentores, non obstantibus quibuscumque
consuetudinibus in contrarium observatis:)

De emptoribus ementibus bona ad incantum compellendis ad pretii solutionem:)

nova constitutio)

Constituimus et ordinamus quod ementes bona ad incantum si immobilia tran-
sactis decem diebus, si mobilia transactis quinque diebus, tene-
antur solvere pecuniam dato manutentore, vel alio in casu
quo dare tenentur, quod nisi solverint. facta fide de deliberatione,

teneatur ipse officialis dare sibi nuncium ad accipiendum de bonis eius et possint vendi bona stabilia ac si essent mobilia, et nisi solverit postea dominum suum pignus fuit venditum cadat in penam xx librarum.

De

De hiis qui per contradictionem impedire nituntur bonorum aliquorum vendi ad incantum et executores gerentis.

Constituimus et ordinamus quod si aliqua persona per curiam gerentis contra quem sit executio tunc in bonis suis et executioni predicte contradicere velit vel fecerit interdici, audiatur et admittatur ad contradicendum dummodo prius possit facere quod non contradicit per maliciam et prestet fideiussionem de solvendo quinquaginta libras et expensas in casu in quo succubuerit in causa contradictionis. Ita tamen quod dicta contradictione non obstante procedatur ad venditionem dictorum bonorum qua venditione facta statim ille contra quem bona venduntur ponatur in possessione dictorum bonorum et applicetur illi cui facta fuit venditio sed teneatur ipse contradictor infra viii dies peremptorios continuandos a die quo fuit cedula impetrata super contradictione omnia sua iura produxisse, et probasse quicquid voluit quod si infra dictum terminum contradictor non obtinuit in dicta causa contradictionis puniatur in libris quinquaginta, cuius medietas applicetur domino coram quo questio ventilata fuit alia medietas parti et venditio firma remaneat. Et si non obtinuit in causa contradictionis, tunc revocetur venditio, nec teneatur emptor dictorum bonorum ad incantum precium solvere, nisi primitus fuit contradictionis causa finita et terminata. Et si non contradictor appareat alius quam ille cuius bona venduntur ad incantum asserens et pretendens se habere aliquod ius contra dicta bona que venduntur ad incantum teneatur et debeat dictus contradictor facere citari precium quod facit vendere quod compareat infra sex dies inclusive de cedule impetrate, qua impetratione facta dicte cedule statim sit suspensa venditio et adveniente dicto termino si comparuerit contradictor non audiatur nisi prius prestet in iudicio sacramentum quod non faciat per maliciam, et quod non facit ad instanciam debitoris nec alterius persone et prestet cautionem cum fideiussoribus, excepta persona evidenter egena, que non possit invenire fideiussores quo casu stetur iuratorie cautioni de solvendo expensas parti et de solvendo libras viginti quinque, quarum medietas applicetur

dinus alia alteri parti in casu in quo dictus contradictor non probavit causam legitimam quare contradicit quod quidem sacramento prestito et fideiussoribus datis audiatur. Ita tamen quod teneatur infra dies quadraginta continuandos a die cedule impetrate super contradictione incliximus predicte probare quod predicte probare intendit, que pena commissa statim exigatur cum expensis remota omni alia contradictione seu excusatione et quod statim detur dominis incantus ad accipiendum de bonis principalis. et hiis defficientibus de bonis fideiussoris. Addicientes quod quando duo per vices suas velint contradicere quod sumata forma supradicta sicut finium duorum mensium computandorum ut dictum est. Et si contingat contradictorem appellare vel ponere se in protectione et succubuerit in ea appellationis seu protectionis si fuerit ille qui debet cui bona que vendantur solvat libras centum. Et si fuerit alius contradictor solvat libras quinquaginta aplicandas ut dictum est. Et habeat locum etiam in causis pendentibus et questionibus.

D

De personis contradicentibus venditoribus pignorum non movendis in pena si instanti eam fuerint contradicendi.

C

Constitutionem ex precedenti in fine addicimus quod si contradictor appareat alius quam ille contra quem bona venduntur dictor aperte aliud quam ille contra quem bona venduntur et sive aliquid ius in bonis que ad incantum quod procedat se habere aliquod ius in bonis que ad incantum proceduntur et in ea contradictione succumbat non tamen vendantur ad incantum et in ea contradictione contenta duximus appareat puniatur pena xxv librarum in constitutione contenta. Et eo non teneatur qui a principio instanti eam fuisse contradicendi. Et eo non teneatur quia probabiliter ignorare poterat iura eius ad cuius petitionem vendebantur et vel iura sua preservent in vicibus ad cuius petitionem vendebantur.

nova additio

D

De hiis qui contradicunt venditoribus ad incantum bonorum per eos ex convencione obligatorum.

C

Constituimus et ordinamus quod contradictus venditori pignoris seu rei per ipsum pignorate seu ypotechate quod fit ad incantum ex pacto vel creditore non quod executione bonorum si in ea

nova constitutio

sucubuit, cadat in penam xxv libr, quorum medietas aplicetur parti, medietas domino, et teneatur iurare et securitatem prestare, sicut habetur in constitutione sub rubrica de hiis qui pro contradictam impedire auiunt.

De hiis qui dessignant pignora vendendi ad incantu pro executionibus debitorum vel denariorum.

Constituimus et ordinamus quod si aliquis dessignauerit aliqua cualia vel alia bona mobilia preconi et pro pignore ab eo petito pro executione alicuius cuius sint aut dessignauerit aliquid de dictis bonis mobilibus pro pignore quocumque, tunc teneatur dictus dessignans dicta cualia vel alia bona mobilia pro pignore mobili consignata tradere in manibus preconis vel eius cui pertinet taliter quod dictum pignus possit vendi rationabiliter illa die qua dictum vel quecumque sint de pignore vendendo vel die ad quam sint prefixum. Et si sint vinum vel bladum dessignata pro pignore sufficiat dare mostram dicti vini vel bladi ad vendendum. Et si dicta pignora dessignata tradita non fuerint ut dictum est, cadat debitor vel qui dessignauerit in pena viginti marcharum cuius medietas curie alia parti aplicetur. Et si dicta pignora fuerint dessignata, et illa pignora vendita non sufficiant ad solutionem ~~ex~~ eius quod vendunt, tunc teneatur dessignare pignus complementi ad requisitionem partis vel preconis, iuxta formam aliarum constitutionum et teneatur ~~sibi prefixum~~ ad diem de prefixi pignoris tradere ad vendendum sub dicta pena quibus pignoribus venditis rationabiliter ad incantum teneatur ipse cuius quorum sunt vendita requisitus dare et libere consignare taliter quod possit pro sua voluntate recipere et exportare illud quod pactum se habet venditum illi qui emit statim post quinque dies a die venditi pignoris exclusive sub dicta pena, et insuper nihilominus predictum emptor precium soluere non teneatur, et pignus remaneat periculo ipsius qui ipsum penes se habet. Et predicta habeant locum etiam quando preco exequens eius officium aliquod pignus sine dessignatione vel ditione acceperit. Et hec habeat locum etiam in pendentibus omnibus.

De pignoribus vendendis ad incantum luendis et exigendis valentibus infra decem dies vel quinque.

Constituimus et ordinamus quod si alicuius persone bona immobilia fuerint vendita ad incantum quod licitum sit illi cuius quorum vendita fuerint recuperare, luere et exigere dicta infra spatium decem dierum recuperare solvendo illud seu tantum quantum fuerint vendita cum bona vendita omnibus expensis factis illi qui vendi fecit sive emptori si pecuniam non solverint. Et si emptor solverat pecuniam creditori tunc volens recuperare dicta bona vendita ad incantum dicto teneatur pecuniam predictam emptori et quicquid expenderit ipse emptor occasione dicte emptionis. Et non sunt bona mobilia vendita ad incantum tunc ille cuius quorum vendita fuerint possit illa recuperare seu exigere infra quinque dies solvendo pecuniam sine distinctione prout superius, cum expensis facientis vendere vel emptori sine distinctione prout superius. Ad pecuniam autem solvendam non possit compelli emptor bonorum immobilium infra dictos decem dies nec emptor bonorum mobilium infra dictos quinque dies, nec faciens vendi teneatur infra dictos decem dies emptori bonorum immobilium vel mobilium quinque, nec faciens vendi teneatur infra dictos ... dies emptori manutenere, et facta recuperatione bonorum immobilium vel mobilium per modum habilem ut premittitur, emptio et venditio sint casse et per modum habeantur ac si ipsa tunc non fuissent vendita ad incantum. Et hec habeant locum etiam in pendentibus venditionibus ad incantum nondum tamen deliberatis.

De sententiis exequendis per precones.

Cum ut plurimum executiones sententiarum tardentur per defectum preconum qui in ipsis exequendis sunt desides et negligentes et aliquando maliciose protrahentes. Constituimus et ordinamus quod vicarius domini potestatis facta sibi fide per publicum instrumentum vel notas seu acta curie de sententia obtenta in judicio et etiam absque aliqua alia dato per laudum, et sententiam possit in judicio et extra ad instanciam creditoris illum nuncium vel datum imitare sententia et loco eius alium subrogare qui possit exequi et facere sicut poterat nuncius in judicio obtentus, consuetudine seu constitutione qualibet non obstante.

qualibet non obstante. Et habeat locum etiam in pendentibus et preteritis exequendis:

De preconibus fraudes committentibus et executores aut relatores ultra debitum deferrentibus:

Constituimus et ordinamus quod si repertum vel probatum fuerit aliquem preconem commisisse aliquam falsitatem circha ea que spectat ad officium suum ipso iure suo privetur officio. Et nichilominus ponatur ad berlinam ubi retineatur et remaneat a mane usque ad vesperas. Si vero pro aliquis commiserit aliquam fraudem vel dolum super hiis que ad suum officium spectant cadat in penam medie marche denariorum curie applicandorum et in maiorem vel minorem penam prout qualitas sui excessus per dominum astancium discernetur:

De venditionibus pignorum valentibus fieri per precones Civitatis domini patriarche:

Constituimus et ordinamus quod precones et iurati Civitatis domini patriarche possint et valeant quecumque pignora mobilia et immobilia incantanda vendenda et rationabiliter deliberanda pro execucione [illegible] coram domino patriarcha vel eius vicario vel alicui incantare, vendere et rationabiliter deliberare et execucionem [illegible] quemadmodum alii precones communitatum incantare vendere consueverunt pluribus retroactis:

De commissionibus venditionum valentibus vicissim fieri per precones:

Constituimus et ordinamus quod omnes precones de patria Foriiulii possint vicissim committere unus alteri bona vendenda incantari et incantata deliberari sicut ante potuerunt. Ita tamen quod ille cui commissio facta est alteri non valeat committere. Et tales incantatores venditores et rationabiles deliberatores valeant

et robur obtineat sicut ipse comittes ea plur(ib)us incantasset, vendidisset
et rationabiliter deliberasset.

D

E creditoribus non valentibus emere nec eum facere bona que voluerint vendere
faciant ad incantum.

Constituimus et ordinamus quod nullus creditor emat nec per se nec per alium
publice vel occulte cum faciat bona mobilia vel inmobilia que
vendi faciat ad incantum, et qui contrafecerint venditio et emptio
non valeant. Et nichilominus cadat in penam quinquaginta librarum applicandarum
domino cuius curie fit venditio vel domino cui subest ille coram quem fit venditio.
Et ut fraudibus que circha hec comitti possent occurratur quo pot(est)
remedio adimatur. Constituimus quod nulli emerint ad incantum bona mobilia
debitoris inveniens ad inducendum eum in tonitam et possessionem bonorum sic emendorum
prorsus nisi prius constet satis quod non emerit ad preces vel requisitione
creditoris vendere facientis eundem emptorem per se vel interpositam
personam rogantis vel requirentis. Item emptor bonorum mobilium et immobilium
quemquam (?) qui venduntur ad incantum aliquo tempore non possit dare cedere
transferre vel alienare bona empta per eum ad incantum in creditorem vel alium eius nomine. Et si alienaverit, censeatur utraque venditio
et emptio ficticia et nullius sit valoris et creditor teneatur ad dictam
penam. Et habeat locum etiam in pendentibus causis et incantus.

D

E

Constitutionem supra dictam addentes et in ea infrascripta coniungentes. Constituimus et ordinamus quod si de qua bona vendenda ad incantum debeant deliberari non sint reptus et apparuerit aliquis qui dicta bona emere voluerit tunc creditor vel ille ad cuius instanciam bona venduntur possit et valeat comparere coram domino et opponere quod non potuit dictorum bonorum illorum emptor reperiri et eo tunc quod non deficeret in ipsum qui vendere facit illa bona quin alius dicta bona incantaret nec in hoc commisit aliquam fraudem

nova constitutio

vel dolum, et preconi refferrente quod nullus incantavit illa bona, dicta possit et debeat, tunc per laudum et sententiam sibi dari licentia iterato presentandi per cedulam presentatam debitori iuncto personaliter vel semel tantum ad domum sue habitationis dimissam ad certam diem quam voluit ad incantandum incantari et deliberari ipsa bona, et eo die licitum sit ipsi ad cuius instanciam ipsa bona incantantur illa bona incantare et ipse emere. Et isto casu si ipse ad cuius instanciam ipsa bona incantabantur ipsa bona emerit possit fiet et valeat ipse debitor illa bona recuperare, et exigere pro precio quo deliberata fuerint usque ad spacium .xx. dierum computandorum a die facte dicte deliberationis, et illo non incluso.

De relationibus per precones faciendis.

Constituimus et ordinamus quod omnes relationes pignorum venditorum cedularum presentatarum extraneorum affixarum citandorum, et aliorum quorumcumque quorum occasione sunt faciende relationes per precones fieri debeant infra sexaginta dies a die pignorum venditorum cedularum presentatarum, extrangarum affixarum vel aliorum quorumlibet mandatorum factorum. Et si non infra dictum tempus dicte relationes facte non fuerint per precones, ulterius non audiantur nec fides eisdem adhibeatur nisi probato legitimo impedimento quod si allegetur utrum fuit legitimum vel non astantium determinatur. Precones si non infra spatium dictum sexaginta dierum teneantur dictas relationes facere, et siquidem precones requisitus cum competenti solutione et tempore debito relationes facere neglexerit cadat in penam quadraginta denariorum curie applicandorum, et habeat locum etiam in pendentibus causis.

De hiis qui vendiderunt seu obligaverunt aliquam possessionem vel rem mobilem dimissam duobus vel pluribus personis.

Constituimus et ordinamus quod si aliqua persona vendiderit seu

pignoravit specialiter et expresse, vel obligavit aliqua sua bona mobilia vel
rem mobilem duabus personis aut pluribus divisim non faciendo mentionem
de prima obligatione sive venditione, si vendiderit rem inmobilem condempnetur
in libris quinquaginta. Si autem rem mobilem condempnetur in libris vi-
ginti quinque. Siquidem obligavit vel pignoravit rem inmobilem specialiter
et expresse condempnetur in libris viginti quinque. Si autem rem mobilem
pignoravit condempnetur in una marcha. Et nichilominus detineatur personaliter
donec plene satisfecerit tam primis quam secundis emptoribus et credito-
ribus. Que omnia vendicent sibi locum si dictus vendens vel obligans
quod fecit non poterit manutenere. Et habeat locum etiam in preteritis.

De prescriptionibus et quibus, et contra quos ipso iure currit vel non currit
prescriptio.

Statuimus et ordinamus quod si quis steterit per spacium xl.
annorum continuorum et infra dictum tempus non petierit
aliquo tempore suum debitum in iudicio, nec per nuncium curie
suum debitorem infra dictum tempus citando ad iudicium interpellaverit
nec super dicto debito infra dictum tempus non compromisit cum debito-
re suo, nec ad solutionem eius faciendam eundem debitorem non requisivit
per ipsum nuncium impetratum et a domino datum, quo casu unica sufficiat
citatio, ipso iure privatus sit secundum consuetudinem patrie per lapsum
dictorum quadraginta annorum omni iure et credito que habebat sive habere
videbatur contra illum quem asserebat suum esse debitorem. Item si quis
per tempus quadraginta annorum sine aliqua interruptione pacifice et
quiete tenuerit et possederit aliqua bona mobilia seu stabilia
seu qui possederit aliquam rem incorporalem, ut puta aliquod
ius percipiendi fructus affectus seu cuiuscumque alterius generis re-
ditus aut servitutum, censeatur dictorum bonorum et iurium verus
dominus et possessor legitimus, et ipsa bona et iura contra quamcumque
personam legitime possedisse, salvo quod pupillis, furiosis et mente
captis et etiam aliis minoribus in xiiij. annis masculis, et
feminis minoribus xij. ipso iure nulla temporis prescriptio currat

toto tempore minoris etatis, furoris vel dementie, et nisi maiore tempore temporis dictorum XX annorum fuisset absens a patria Foriiulii. Ille contra quem opponitur temporis prescriptio, quo casu prescriptio non currit pro eo tempore in quo fuit absens. Contra illum vero qui continuo fuit absens a patria Foriiulii non currit prescriptio XX annorum. Sed necesse sit quod ille qui vult opponere prescriptionem alleget et probet se possedisse pacifice et quiete sine aliqua interruptione per spatium XX annorum. In contractu autem depositi seu deposito nulla temporis prescriptio opponatur nec preiudicet. Et hoc habeat locum etiam in preteritis, salvo iure ecclesiarum.

nova additio

Constitutioni supra proxime precedenti in fine constitutionis post verba illa salvo iure ecclesiarum addicimus: et contractus in quibus non habeat locum prius constituto.

De filiis et nepotibus et aliis subiectis maiori de domo non valentibus vendere vel obligare.

Constituimus et ordinamus quod nullus filiusfamilias seu nepotes habitantes in domo, nec ullus alius patrie potestati subditus, seu fratres minores qui reguntur et gubernantur per fratrem seu fratres, minorem seu nepos qui gubernatur per patruum vel avunculum et maiorem, et generaliter nullus inferior de domo qui habeat suum maiorem qui maior regat domum, possit obligare aliqua ratione nec aliquid vendere sine consensu patris seu maioris fratris vel maioris de domo, et in bonis communibus sui et maioris domini, nec quod pane nec pro vino vel blado, nec aliqua ratione. Et si aliquis a talibus receperit aliquam obligacionem seu aliquod pignus sine consensu predictorum, pignorata restituant suo maiori sine aliqua solutione pretii; et tales obligationes et venditiones sint nulle et inefficaces ipso iure, nisi ipsi suppositi paterne potestati vel potestati maioris de domo faciant publice

et gerunt facta domus, et domum gubernent, et sic agant sicut quilibet maior domus et sicut quilibet paterfamilias facere consuetus est.

De minoribus viginti annis non valentibus vendere et obligare seu alienare.

Constituimus et ordinamus quod nullus minor viginti annis qui per se regitur et nulli potestati submissus possit, nec valeat vendere alienare vel seu obligare aliqua sua bona immobilia, nisi interveniat consensus duorum suorum proximorum discretorum qui proximiores simul et venditores esse debeant et teneantur nobiles vel venditores, et aliter non subiecte alicui gastaldie coram domino patriarcha vel eius vicario. Alie vero persone coram gastaldione seu rectore illius loci sub quo residere teneantur, et coram dictis rectoribus publice dicta venditio seu obligatio fiat et perficiatur. Quod si contra istam formam aliqua fuerit per dictum minorem alienatio seu obligatio celebrata, ipsa alienatio seu obligatio nullius sit roboris neque firmitatis, immo ipso iure censeatur nulla. Et teneatur ille in quem alienatio seu obligatio facta fuit contra predictam formam rem restituere sine restitutione pretii per ipsum pro dicta alienatione vel pignoratione date.

De principalibus debitoribus et fideiussoribus quo et qualiter conveniri debeant per creditorem, et executio facienda contra eos.

Constituimus et ordinamus iuris equitate suadente quod principalis debitor prius quam fideiussor a creditore debeat conveniri, et in bonis ipsius principalis primo de mobilibus, secundo de immobilibus

Iuxta formam iuris executio fiat. Et si de bonis ipsius principalis non reperiatur
tantum quod possit integraliter satisfieri creditori, salvum ius eidem
remaneat contra fideiussorem, qui fideiussor non intelligatur absolutus
ex eo quod creditor convenit principalem et non ipsum fideiussorem, vel ex eo
quod creditor usus fuit cum bonis ipsius principalis requisito ipso fideius-
sore, quibus bonis principalis debitoris defficientibus possit creditor con-
venire fideiussorem et ipso fideiussore convicto fieri possit executio in
bonis ipsius fideiussoris in solidum usque ad quantitatem debiti declarati.
Quod autem dictum est habeat locum nisi ex instrumento evidenter appareat
quod se iudicare voluit fideiussor altero de tribus modis se obligando
in solidum simul cum principali debitore vel renunciando beneficio iuris
dicentis debitorem principalem prius debere conveniri quam fideiussorem
vel precibus et instancia debitoris constituendo se fideiussorem et
principalem debitorem in quibus casibus licitum sit creditori conveni-
re quem ex ipsis voluerit non obstante quod fideiussor sit in solidum
cum principali obligatus vel qui se beneficio iuris renunciavit, vel
qui se ut committitur precibus et instancia debitoris se constituit fide-
iussorem et principalem debitorem velit assignare de bonis prin-
cipalis debitoris expeditis ipsi creditori, ex bonis tenetur ipsi cre-
ditori integraliter satisfacere. Quod autem supradictum est in casu in
quo fideiussor se obligavit cum principali in solidum vel renuncia-
verit beneficio iuris predicto locum sibi vendicet etiam in casu in
quo duo vel plures se obligent simul et in solidum cum pacto ut
creditor se tenere possit ad quem voluerit et habeat locum etiam in pre-
teritis.

De debitis exigendis a principalibus et aliis qui sunt meri fideiussores.

Constituimus et ordinamus quod ubicumque constet aliquos mere fideius-
sores seu fideiussores et fideiussorio nomine simpliciter
obligatos seu obligatum, tunc creditor agat primo contra
principalem et bona ipsius usque in ... constitutos convenietur. Sed
si creditor voluerit compellere vel artare fideiussores seu

fideiussorum ad eorum deffensiones faciendas tunc teneatur dictus creditor post
lapsum primi termini assignati principali denunciari facere per cedulam ipsis
fideiussoribus seu fideiussori qualiter dictus creditor agit contra principalem
pro et super debito in quo sunt ipsi fideiussores vel fideiussor obligati
eosque seu ipsum requirere et amonere ut veniant seu veniat ad oppo-
nendum allegandum et producendum omnes eorum deffensiones quibus uti et
se tueri possunt vel potest contra creditorem ad quas exceptiones seu de-
fensiones dicti fideiussores seu fideiussor in quacumque parte litis au-
diantur antequam principalis debitor sit convictus. Post convictionem autem
factam contra principalem debitorem nullatenus audiantur fideiussores
seu fideiussor ad exceptiones seu deffensiones non propositas ante convictionem
factam contra principalem debitorem. Et convicto principali debitore vite
ligantur tales fideiussores seu fideiussor et convicti et sint convicti
executio fiat tam prius contra bona mobilia et immobilia principalis
debitoris quam fideiussorum seu fideiussoris. Quibus defficientibus fiat
executio in bonis fideiussorum seu fideiussoris. ~~Quibus defficientibus~~
~~fiat executio~~. Si non tales fideiussores seu fideiussor demonstrare no-
luerint seu demonstraverint de bonis principalis debitoris hoc fa-
cere possint cum hoc quod si apparent contradictores dictorum bonorum de-
monstratorum dicti fideiussores seu fideiussor teneantur expedire talia
bona demonstrata per eos seu per eum infra spacium xx dierum per emp-
torem et tali modo quod creditor ipsa bona demonstrata possit facere vendi
ad incantum. Quibus expeditis teneatur creditor tunc uti ipsis bonis
et si ipso termino xx dierum elapso et dictis bonis demonstratis tunc expe-
ditis fiat executio in bonis fideiussorum seu fideiussoris nulla exceptio-
one seu deffensione admissa vel obstante, reservata tamen exceptione
peremptoria solutionis debiti de quo agitur per quam tamen obiectionem
exceptionis non impediatur executio tunc obtenta per creditorem. Et
presenti constitutione cum ista per precedenti locum habeat in omnibus
debitis exceptis dotalibus in quibus procedatur secundum continentias consti-
tutionum editarum super hiis. Et habeat locum etiam in preteritis con-
tractibus et pendentibus causis seu nondum pendentibus.

De iuribus et actionibus competentibus fideiussoribus solventibus debita.

[C]onstitutum extitit quod quicumque fideiussores vel fideiussor satisfecerint
vel satisfecerint creditoribus de toto debito vel de parte eius vel
alias dampnum vel interesse aliquod occasione fideiussionis in qua
sunt obligati sustulerint tunc dicti fideiussores vel fideiussor habeant
eadem privilegia et favores et eodem modo procedere possint vel possit contra
principalem debitorem pro quo fuerint obligati et eius bona ac etiam
contra possessores bonorum alienatorum vel obligatorum per ipsum debitorem
post prestitam debitam fideiussionem debiti de quo agitur que privi-
legia et favores habet creditor et quo procedere poterat ipse creditor
contra debitorem suum et eius bona vigore instrumenti debiti et quorumcumque
aliorum prescriptorum de privilegiis favoribus et modo procedendi introductorum
in favore creditorum. Et habeat locum et in preteritis.

[D]e confideiussoribus valentibus convenire a confideiussore qui integraliter
vel ultra ratam suam contingentem solutionem fecerit creditori.

[C]onstitutum est etiam quod quando sunt plures fideiussores in solidum
obligati vel qui ad instantiam alicuius debitoris constituerint
se fideiussores et principales debitores vel qui renuntiaverint
beneficio iuris dicentis principalem debitorem debere prius conveniri
quam fideiussorem, et creditor aliquem ipsorum fideiussorum convenerit in solidum
et ipse fideiussor conventus in solidum possit convenire et agere et actiones
cum illis privilegiis et favoribus et modo procedendi quibus uti poterat
creditor contra principalem debitorem et ipsos fideiussores habeat contra
alios confideiussores simul cum eo obligatos et quemlibet ipsorum
pro rata eorum quemlibet contingente de debito pro quo fideiusserunt de qua
per eum solutio vel executio facta fuit ac etiam pro omnibus dampnis expensis
et interesse que passus fuit occasione fideiussionis predicte. Et quod superius di-
ctum est de integra solutione debiti facta per fideiussorem habeat
locum et in particulari solutione que excedat ratam ipsum fideiussorem
contingentem de debito integrali. Que omnia vendicent sibi locum

nisi fideiussor recepit satisfactionem eius quod solvit creditori a debitore prin-
cipali. Et habeat locum etiam in preteritis contractibus et pendentibus causis
vel nondum pendentibus.

De fideiussoribus liberari volentibus a fideiussione.

Constitutum et ordinatum quod si aliquis fuit pro aliquo fideiussor et velit ab obligatione fideiussoria liberari, tunc siquidem appositus fuit aliquis terminus solutionis debiti eius pro quo fideiussit, infra illum terminum non possit petere se eximi a fideiussione; postea vero elapso ipso termino agere possit, et si obtinuerit executionem fieri facere possit tam pro debito quam expensis contra principalem debitorem et eius bona, in quibus creditori principali tenetur; et possit ipse creditor principalis debeat et compelli possit per dominum ad instanciam dicti fideiussoris sub pena ad exhibendum instrumentum debiti in iudicio coram quo audiatur defi- ... debitore sicut si ageret ipse creditor principalis. Si autem non appositus fuit aliquis terminus solutionis debiti principalis et velit fideiussor ab ipsa fideiussione liberari, tunc ad eius instanciam mandetur per dominum et per cedulam principali debitori quod infra triginta dies numerandos a die presentate cedule liberet ipsum fideiussorem. Quod si ipse debitor principalis hoc facere recusaverit, neglexerit vel tardaverit, tunc ipse fideiussor agere et executionem facere possit contra ipsum debitorem et eius bona sicut supradictum est quod eum fieri posse quando appositus est solutionis terminus et elapsus. Et predicta habeant locum etiam in quacumque obligatione principaliter qui possit legitime probare se cessasse debere indempnitatem ab obligatione predicta.

nova constitutio

De ultimis bonorum possessoribus et ordine procedendi contra eos.

nova constitutio

Constituimus et ordinamus quod si aliquis agat contra aliquem possessorem

bonorum eius quem agens asserit sibi obligatum et ille contra quem agitur nomi-
navit aliquem alium ad quem dicat de bonis ipsius debitoris post eum
devenisse, tunc actor teneatur citari illum nominatum semel personaliter vel
bina citatione ad domum cedula ibi dimissa, et ad certam diem ad quam
etiam statuit faciat terminum primo citato. Et tunc facta fide de termino
illis ambobus presentibus vel absentibus vel altero tantum absente, limitetur ter-
minus .x. dierum infra quem producant titulos eorum, et alia per que
appareat quis eorum sit ultimus possessor. Et si infra dictum terminum non
fuerit inter eos determinatum per sententiam quis sit ultimus dictorum
bonorum possessor possit actor procedere contra bona per utrumque detenta dictis
tam terminis qui dantur cum petitur citatorium etiam si post lapsum
dicti termini limitati ipsi possessores vel alter ipsorum vellent seu vellet
aliquam facere declarationem quis eorum esset ultimus possessor. Et ista
causa possit indistincte diffiniri coram persona domini patriar-
che vel eius vicarii et nichilominus perdant detentores bonorum inter se et
quicumque eorum succubuerit teneatur reficere parti victrici totum damp-
num quod passa fuit actor predicte litis.

De dotibus et iuribus dotium et quo modo teneri debeat in dote
promissa solvenda.

Consuetum et ordinatum quod quando aliqua mulier vel eius maritus
pro ea, aut eius procurator seu maritus alicuius mulieris
pro ipso nomine petierit aliquid sibi promissum nomine dotis aut
pro fulcimentis, vestibus, seu ornamentis dicte, tunc in dicta causa
procedatur summarie simpliciter et de plano sine strepitu et figura iu-
dicii hac forma videlicet quod si reus citatus personaliter in primo termino non comparuit
vel bina vice ad domum citatus in casu quo personaliter inveniri non fuit
personaliter inventus non comparuit et actor faciat fidem ibidem
de eo quod petit quod statim detur sibi nuncius ad accipiendum de
bonis rei. Si vero actor ibidem non probaverit tunc adhuc habeat nun-
cium ad accipiendum de bonis rei quotiens fecerit fidem legitimam.

dicto quod petit, et de termino. Et si reus comparuit in iudicio antequam actor fecerit fidem de eo quod petit, volens invitare quod factum est in eius contumacia, teneatur facere citari actorem ad brevem terminum in quo termino si actor non comparuit sit cassum et vanum quicquid in contumacia rei erat factum. Et si in dicto termino comparuit, et fidem fecerit de eo quod petitum est, firma remaneat sententia lata in absentia rei, et ipse reus audiatur ad deffensionem contra intentionem actoris, et copiam omnium iurium productorum per actorem obtinere valeat ad spatium trium dierum infra que terminum, et in dicto termino opponere possit quicquid opponere voluerit contra dicta iura actoris. Si vero in primo termino actor et reus comparuerint procedatur summarie et quam brevius fieri potest. Cum hoc quod si reus potius aliquam exceptionem opposuit contra iura producta per actorem, et exceptionem non probavit cadat in pena unius marche pro qualibet exceptione probata admissa et super ea dicto termino ad plenum non probanda applicanda actori et nichilominus solvat expensas factas in lite secundum morem antiquitus observatum. Et liceat locum et in iam constitutis dotibus seu iuribus et pendentibus causis vel nondum pendentibus.

De repetitione dotis seu dotium soluto matrimonio.

Constitutum est quod ubi emerserit causa repetende dotis vel iurium aliorum dotarum similiter petendorum, scilicet morgingabii, disfrotadurarum et contraactorum et aliorum quorumcumque ob matrimonium obvenientium vel per uxore mortuo eius marito vel per alios quibus restitutio dotis est facienda defuncta uxore, tunc si uxor repetit marito defuncto, aut ab heredibus defuncti mariti aut a fideiussoribus qui intercesserint pro dote restituenda et aliis iuribus persolvendis, et si agere ab heredibus defuncti, tunc ipsis heredibus legitime citatis et intelligatur omnes legitime citati sive presentes inventi sive non inventi personaliter dum tamen ad domum vel ubi fuerint citati, et eis comparentibus vel contumaciter absentibus, siquidem agens facit fidem per publicum

instrum vel ydoneos testes vel alias legitimas probationes de solutione dotis et in-
rebus que debitis tunc reo contumacie absente decretum et dari debeat ipsi agenti
mittens ad accipiendum de bonis ipsorum heredum usque ad integram solutionem
et satisfactionem dicte dotis et omnium iurium predictorum cum dampnis et expen-
nec ulterius audiatur reus nisi probare vellet restitutionem iam factam de dicta
dote et aliis iuribus quod faciat vel probare intendit teneatur infra .xv. dies
Si autem comparuit reus citatus tunc decreta copia instrumenti predicti statuatur
terminus reo petenti decem dierum ad opponendum et probandum quicquid pro-
bare et opponere voluerit. nec opponere possit aliquam exceptionem nisi fal-
sitatis vel restitutionis eius quod petitum fuit seu partis. Quo termino
transacto procedatur et puniatur secundum formam constitutionis pro petendis
quando petuntur dotes Ubi autem mulier aut alia persona cui competat re-
stitutio dotis facienda et soluta aliorum iurium elligerit fideiussores
conveniendos pro restitutione dicte dotis et iurium quos convenire et ex-
tam facere possit vel eius etiam obmisso principali et bonis eius et te-
procedatur in modo et forma superius qui agitur contra heredes defuncti nec
audiantur fideiussores volentes assignare de bonis principalis et
mariti ipsius mulieris vel eius heredum nisi ipsi fideiussores assigna-
verint et insolidum dederint mulieri tantum de bonis mariti et
vel eius heredum expeditis et pro heredes mariti possessis quantum fuit
illud quo fideiussores predicti apparuerint obligati. Et nichilominus se
obligent ad manutenendum eidem mulieri dicta bona. Et si aliquis
appareret qui assereret se habere potiora seu potiora iura super dictis bonis
non intelligantur expedita. Et si adhuc quitat se mulier vel alia
persona contra fideiussorem seu fideiussores et contra bona fideiussorum re-
dant et deliberent modo predicto superius Et tunc fideiussores cum de suo
solvunt vel se manutentores pro stiterint habeant talia iura contra
bona principalia qualia habebat domina predicta hoc addito quod non teneantur
dicti principales fideiussores dotem solvere nisi domina prestet ydonea
securitate ipsis dotem solventibus et recipientibus nomine et vice omnium
quorum interesset in futurum poterit de dote conservanda et restituenda illis
ad quos restitutio pertinebit post mortem ipsius domine. Et habeat lo-
cum etiam in pendentibus causis vel nondum pendentibus iam tamen co-
stitutis dotibus

Et Allimenta duabus prestandis qui non restituuntur dotes cap.

[C]onstitutum et ordinatum quod si aliquis tenetur ad restitutionem alicuius dotis, si velit retinere dotem in se usque ad annum et diem a die soluti matrimonii ut moris est, tunc possit hoc facere, sed teneatur dare de pretio dicte dotis domine alimenta per totum annum. Si vero noluerit sibi dare alimenta vel domina ab eo noluerit recipere, tunc teneatur sibi dare quidem pro contentis. Et habeat locum etiam in preteritis.

[I]n quibus casibus debeat fieri restitutio dotis.

[C]onstitutum et ordinatum quod si dos fuerit constituta in pecunia, et pecunia fuerit soluta vel aliqua bona fuerint data in solutionem tamen pro dicta pecunia promissa, tunc in casu dotis restituende fiat restitutio repetenti in pecunia tantum. Si vero fuerit a marito dos constituta in fundo dotali, ille fundus veniat in restitutionem statim mortuo viro. Si vero dos fuerit constituta in pecunia ut dictum est et pecunia non fuerit soluta, sed aliqua bona mobilia extimata vel inextimata fuerint dessignata quibuscumque sub pacto restitutionis dictorum bonorum quandocumque pecunia pro dote promissa fuerit soluta, restitutio dictorum bonorum fieri debeat. Tunc si interim aliqua bona reddantur marito mortuo et extate [?] mone que vellet dotem repetere, teneantur et debeant heredes mariti dotem restituere in pecunia tantum, et hoc quando domina repetit dotem. Si autem mortua domina alius ad quem spectaret dotis restitutio seu repetitio petat dotem restitui, tunc illa bona que fuerint dessignata veniant in restitutionem tantum. Et habeat locum etiam in iam constitutis dotibus.

[D]e quem teneat fructus dotis restituende antequam sit dicta restitutio facta.

[C]onstitutum et ordinatum quod si casus evenisset dotis restituende antequam fructus ex fundo dotali percipiantur illius anni in quo dissolutum est matrimonium, tunc si exemptio est super fructibus

qui sunt percipiendi in illo anno talis modus fiat, quod pro quanto tempore illius anni quo vir sustinuit onera matrimonii, pro tanto fructus provenientes ex illis bonis percipiant illi qui sunt obligati ad restitutionem dotis seu honoris. Et hec habeant locum etiam in preteritis.

De solempnitate que servari debet in alienatione rerum dotalium et quod super iuribus earum recuperandis fieri debeat summarie iustitie complementum.

In solempnitatibus mulierum quibus propter sexus debilitatem favor debet prestari cupientes. Constituimus et ordinamus seu potius declaramus quod si mulier gravata dotes vel res ei pro dotibus vel aliis suis iuribus constante matrimonio una cum viro suo alienare voluerit vel viro alienanti suum prestaret consensum ex aliqua iusta causa pretium seu ordinarium iudicem adire debeant saltem cum duobus vel tribus idoneis [illegible] qui eidem mulieri proximiores fuerint. Qui prius sint iurati [illegible] affirmaverint ipsam alienationem propter causam utilem vel necessariam fieri oportere. Interponat iudex alienationi fiende suam auctoritatem et perpetuam obtineat firmitatem. Si non hac solempnitate servata [illegible] admissa mulier ad faciendam alienationem [illegible] suorum iurium vel ad consensum prestandum marito alienanti seu ad omne factum ratificandum nullum ex hoc eidem mulieri [illegible] etiam cum [illegible] obligatione penali nullum [illegible] preiudicium generetur quominus predictis omnibus non obstantibus cum [illegible] recuperare voluerit tempore competenti sine metu pene petere seu recuperare valeat omnia sua iura. Et eadem solempnitas observetur in casu quo mulier [illegible] consentiat alienationibus seu obligationibus mariti sui, et sine predicta solempnitate consensus mulieris sibi in nullo preiudicet. Super dictis autem dotibus, et aliis iuribus mulierum recuperandis et [illegible] ac super dependentibus [illegible] fiat eis summarie iustitie complementum. Et hec habeant locum etiam in causis [illegible] dotium et [illegible] pendentibus causis vel nondum pendentibus.

De vestimentis ornamentis jocalibus et bilisiis dominarum et ceteris aliis rebus mobilibus quas domine secum portant ad maritum vel que sibi eis donate tempore nuptiarum vel ante vel post per maritum vel alium quemcumque.

Constituimus et ordinamus quod mortuo viro paramenta, ornamenta, clamidia, belisia, iocalia et cetera omnia alia bona mobilia per ipsas dominas ad domum mariti portata vel eius uxore, ac etiam dominarum eidem domine data donata tempore nuptiarum ante vel post per quamcumque personam, seu donata eidem per maritum suum, seu empta vel deputata vel parata ad usum seu paramenta super corpus domine, libere et expedite sine aliquo impedimento dimittantur, relinquantur et restituantur eidem domine si extant; et intelligantur extare etiam si dicta bona sunt per maritum pignorata vel per eius heredes, et si non extant, tunc non teneantur heredes mariti vel eorum bona ad emendationem aliquam rerum non extantium.

De bonis uxoris portatis ad domum mariti vel sibi donatis tempore nuptiarum vel post a marito vel ab aliis premortua uxore.

Constituimus et ordinamus quod si qua mulier voluerit testamentum vel codicillos condere, possit et valeat libere testamentum vel codicillos condere non obstante aliqua contradictione mariti super dote sua in casu quo se ipsam dotavit de bonis suis ad ipsam pertinentibus possit testari et codicillari, de omnibus aliis suis bonis adventiciis vel undecumque eidem obvenientibus exceptis rebus sibi datis per maritum post nuptias et non contemplatione nuptiarum, de quibus nullo modo possit testari nisi ut infra. Item super morgengabio et dismotadium. Et super omnibus rebus suis quas secum portavit ad maritum et de aliis sibi donatis a marito et ab aliis quocumque tempore nuptiarum vel post contemplatione nuptiarum testari et codicillari valeat semper

testamentum valeat et habeat robur firmitatem etiam si a patre non fuit emancipata. Super dote autem sibi constituta per parentes suos, vel consanguineos vel alios, sed quos ex consuetudine vel ex pacto dicta dos venit restituenda, non possit nec valeat dicta domina testari, nec aliquam dispositionem facere nisi a persona que ipsam dominam de ipsius donanti(?) propriis(?) bonis dotaverunt dicta dos fuerit legata vel aliud in testamento relicta, vel inter vivos data, quo casu non extantibus liberis dicte domine, vel ex eis descendentibus libere valeat ad libitum de dicta dote disponere. Super vestibus autem jocalibus clamodiis paramentis, ornamentis et aliis quibuscumque bonis mobilibus donatis uxori a marito vel per maritum post tempus nuptiarum testari non valeat nisi cum consensu mariti. Si autem domina decesserit ab intestato vel sine codicillis, omnia portata per dictam dominam ad domum mariti, vel sibi donata per maritum vel alium quemcumque tempore nuptiarum, vel post contemplationem nuptiarum, vel post tempus nuptiarum per ipsum maritum, remaneant penes filios suos masculos et sua fuit si habet filios et si non habet filios remaneat penes maritum, et sua sint excepta dote quam secundum consuetudinem debet reverti et ~~exod~~ exceptis aliis suis bonis adventiciis immobilibus et mobilibus in quibus debent succedere proximiores. Ita tamen quod maritus teneatur sibi facere sepulturam et alia funeralia suis tamen sumptibus et expensis.

De acquisitis per dominam maritatam constante matrimonio presumitur de acquisitis de bonis mariti.

Item constituit et ordinat quod omnia acquisita per dominam maritatam constante matrimonio, intelligantur et censeantur acquisita de et ex bonis viri et ad dominum ipsius mariti pertineant nisi evidentissime probetur illa que bona aliunde quesita quam ex bonis mariti.

Quibus creditoribus mulier ratione dotis preferatur:

Item constitutum et ordinamus quod mulieres et alii repetentes dotes in bonis principalis qui dotem recepit, et bonis fideiussorum obligatorum ad dotem restituendam preferantur omnibus creditoribus qui apparent creditores fuisse vel esse ante vel post constitutionem dotis que repetitur, exceptis creditoribus illis qui haberent aliqua bona personarum predictarum principaliter vel fideiussorio nomine ad restitutionem dotis obligatorum specialiter et expresse et nominatim ante constitutionem dicte dotis obligata, quo casu talis creditor habens dicta bona specialiter et expresse ac nominatim obligata ante dotis que repetitur constitutionem preferatur repetentibus ipsam dotem:

Quod repetentes dotes preferantur repetentibus morgincapum et dismontadure et contrapactum:

Constitutum et ordinamus quod si casus contigerit quod ad dotes repetantur morgincabium et dismontadure per easdem personas vel diversas contra eadem bona, et super bonis mariti vel fideiussorum quod de et super bonis predictis fiat solutio dotis et contrapactorum; postea si bona supersunt fiat solutio dismontadurarum et morgincapiis:

De prescriptione dotis petende vel repetende morgincapii dismontadurarum et contrapactorum:

Constitutum et ordinamus quod si persona cui competit ius agendi petendi dotis promisse vel repetende aut ius petendi morgincapium dismontaduras vel contrapacta supersederit et distulerit dotem, et iura predicta petere vel repetere in iudicio per spatium viginti

annorum continuorum numerandorum a tempore quo praestita est petere vel repetere po-
tuit dotem vel morgincapia vel donamenta dotalicia vel contrapacta, talis
lapsus temporis inducat praescriptionem, et ipso iure persona praedicta iure pe-
tendi et repetendi eam et dotem perdat. Salvo quod masculis minoribus
xiiii annis et feminis minoribus xii ipso iure nulla talis currat toto praescriptio
tempore quo fuerint in dicta minori etate, et nisi toto tempore vel
maiori parte temporis viginti annorum fuisset absens a patria Foroiulii
persona petens vel repetens dotem vel iura praedicta, quo casu praescriptio
praedicta non currat, sed postquam reversa fuerit in patriam Foroiulii currat contra
eam dicta praescriptio, omni tempore computato quo fuisset in patria antea.

De restitutione dotis facienda filio etiam maiori vel minori xiiii annis premor-
tuo superstite matre vel decedenti post matrem.

Constituimus et ordinamus quod si filius vel filia decedat in pupillari etate
vel post obitum matris non superstitibus aliis fratre vel fratribus vel
sororibus ex eisdem parentibus communiter defuncto, dos revertatur
et restituatur ei qui dotavit vel eius heredibus, aut aliis personis quibus
foret dotis restitutio facienda. Si vero filius maior xiiii annis vel filia
maior xii annis decesserit post matrem, dos matris censeatur patrimonium
ipsius filii vel filie de qua dote ipse filius vel filia possit testari et
disponere pro sue libito voluntatis, patre mortuo ante filium vel
filiam, pater vero superviviens ipsius dotis habeat usufructum. Sed si filius
maior xiiii annis vel filia minor xii decesserint ante matrem,
tunc dos revertatur ad priores vel alios quibus dotis restitutio est facienda
de iure, et eodem iure constitutum in dotibus.

De filiabus et aliis descendentibus non institutis heredibus ab hereditate ex-
cludendis sed dotandis et alimentandis, et eis legatis praestandis.

Constituimus et ordinamus quod si aliquis decesserit condito testamento, supervi-
ventibus filiis masculis et aliis descendentibus unis ex prole

masculini defuncti et ascendentibus masculis, et fratribus masculis, et fratrum def-
functorum filiis masculis vel aliquo ipsorum, et patris vel aliquo predictorum insti-
tuto vel institutis heredibus, tunc filie ipsius defuncti vel neptes et alie feminei
sexus descendentes que non fuerint heredes institute ab hereditate ipsius
defuncti repellantur etiam si non fecerint finem et remissionem de hereditate
ipsius defuncti. Ita tamen quod si dicte filie et neptes et alie feminei sexus
descendentes quas defunctus alimentare maritare dotare et nuptialibus fu-
lcimentis fulcire tenebatur, et maritate et dotate non sint seu dotes et
fulcimenta eis promissa soluta non fuerint per heredes defuncti alimententur
et si sint vel cum fuerint etatis nubilis maritentur et dotentur seu dotes
et fulcimenta eis promissa solvantur ac fulcimentis congruis fulciantur secundum
qualitatem et quantitatem dicte hereditatis atque conditionem et statum mari-
tandarum. Predictis autem descendentibus masculis et ex linea masculina
defuncti natis et ascendentibus masculis et fratribus et fratrum filiis mas-
culis vel aliquo ipsorum non extante vel non extantibus, sit salvum ipso
iure ipsis filiabus defuncti et neptibus et ceteris feminei sexus descen-
dentibus, quibus non maritatis vel non dotatis, non est tantum vel insti-
tutionis vel legati vel fideicommissi in testamento relictum quod maritari
commode valeant et dotari, nec rumpendi testamentum ipsius defuncti
si in ipso testamento indebite fuerint preterite vel exheredate et ad ipsius defun-
cti hereditatem pro parte eis debita admittantur, quo casu nichilominus legata
ad pias causas facta in dicto testamento quamvis rupto solvantur et remaneat
in sui roboris firmitate.

D
e legatis factis filiabus et aliis feminis ab hereditate exclusis.

Constitutum et ordinatum quod quotiens datus fuerit tutor in testamento
filie neptes et alie descendentes feminei sexus, quibus
per patrem vel alium ex ascendentibus est aliquid in testamento iure
institutionis seu legati vel fideicommissi relictum, tali relicto debeant
esse contente quamvis sit minus legitima eis iure nature debita. Itaque
propterea ipsius defuncti non valeant rumpere testamentum, dum tamen illud
relictum sit tantum quod cum eo maritari ac dotari congrue valeant

et filie sue qualitatem hereditatis ac condicionem maritandarum. Quo casu
si legatum seu relictum tantum non fuit, largius possint et vale-
ant eis heredes prestare et tantum ipsi legato supplere, quod se valeat
maritare dotare pariter, et filie testamento remanente nichilo-
minus in sui roboris firmitate.

De inventariis a tutoribus vel curatoribus conficiendis et publicandis.

Consuetum et ordinatum quod quicumque datus fuit tutor in testamento si presens
fuit et non contradixerit extunc dicatur statim acceptasse ipsam
tutelam. Si vero fuit absens a confectione testamenti tunc teneatur
a die qua senserit se tutorem datum usque ad x dies dictam tutelam
acceptasse vel renunciasse. Omnes vero tutores tam testamentarii quam legitimi
quam etiam dativi ac etiam curatores dati ad negotia infra xxx
dierum spatium a die acceptationis computandum teneantur et debeant
fideliter et plene conficere per unum ydoneum et sufficientem notarium
inventarium de omnibus bonis mobilibus et immobilibus ac iuribus et actionibus
et debitis et creditis pupilli et pupillorum vel adultorum quorum
tutelam vel curam gesserint. Ad quam confectionem inventarii faciendam
teneantur et debeant convocare duos ex parentibus vel affinibus pu-
pilli vel adulti proximiorum, scilicet unum ex parte patris et alium ex
parte matris. Quod quidem inventarium confectum teneantur et deb-
eant post xxx dies predictos usque ad octo dies inclusive publicare
coram domino cive de cuius bonis inventarium fuit confectum, ad quam
publicationem teneantur tutores vel curatores convocare illos qui fu-
erunt sibi dati vel deputati seu interfuerunt confectioni inventarii.
Si autem ex parentibus vel affinibus dictorum pupillorum vel adultorum
non reperiantur persone sufficientes et habiles ad dicti inventarii confe-
ctionem, tunc teneantur tutor vel curator comparere coram domino
et petere deputari ad hoc duos bonos viros vicinos quos dominus
deputet ex proximioribus vicinis defuncti. Aliter vero dicto inven-
tario non confecto non reputetur ullatenus pro tutore vel curatore

nec administratione nec in iudicio esse valeat, et teneatur pupillo de dampnis interesse et negligentia.

De

Constitutionem per precedentem quo ad iniusta circha finem corrigentes, Constituimus et dicimus quod si aliquis tutor in testamento vel aliter datus pupillis inventarium non confecerit, nichilominus forma et sollempnitate in premissis observatis, potius nichilo valeant et possint agere et conveniri per creditores pupillorum et bonorum suorum in iudicio comparere et contra ipsos, et in corpus communia et bonorum suorum iudicio comparere et contra ipsos, et in favorem pupilli fiat robore firmitatis, et quicquid actum fuit in favorem pupilli et preiudicium eius adversariorum. Et intentionem ad utilitatem pupilli et preiudicium, et dampnum Similiter quicquid actum fuit quod videatur in preiudicium et dampnum pupilli et actum et si iuste obtentum fuerit contra tutorem predictum, quo ad dampnum tutoris tantum fiat etiam robore firmitatem, quo ad dampnum tutoris et in bonis ipsorum tutorum fiat executio summe que apparebit lata et in bonis ipsorum tutorum etiam si iuste lata fuerit, non autem in pupillum et eius bona, etiam si iuste lata fuerit, non autem in pupillum, et eius bona consistatur nulla bonis pupillis, ymo reddatur ad pupillum, et eius bona consistatur nulla elapso tempore assequendi in predicta constitutione contento inventarium. Si autem elapso tempore pupillorum, vel aliqui eorum affines allegaverint vel per creditores pupillorum non esse solvendo, et inventarium non vel proposuerint ipsos tutores non esse solvendo, et inventarium non confecisse, tunc possit et debeat dictus tutor ad instantiam predictorum, vel ex officio domini removeri, et de alio provideri, et nichilominus si interim est factus aliquis processus vel aliquid contra eum tunc tutorem obtentum, illud valeat, quo ad ipsum et non quo ad pupilli preiudicium, et in bonis eius fiat executio usque ad quantitatem quantitatem bonorum suorum, sive a tutela removeatur, sive et de alio provideatur sive remanserit in tutela, predictis omnibus casibus remaneat ius suum salvum creditori in hiis que recuperare non potuit a tutore contra bona pupilli inchoando tamen contra eum litem de novo, non autem vigore obtentorum contra predictum tutorem.

De ratione reddenda per tutores vel curatores cum conveniuntur certo tempore.

nova edictio

Inventarium

Constituimus et ordinamus quod omnes tutores et curatores dati ad negocia teneantur annis singulis a prima die quadragesime reddere rationem sue administrationis coram illo domino vel deputatis a domino sub quo presunt existentes sub tutela vel cura obligati ad dictam rationem reddendam habitant et domicilium et forum habent. Quod si ipse tutor vel curator impedimento aliquo legitimo impeditus nequiverit in dicto tempore rationem reddere, nichilominus tunc teneatur illam reddere a media quadragesima usque ad dominicam olivarum seu palmarum. Que quidem ratio reddatur presentibus ipsis pupillis vel adultis, et duobus proximioribus pupillorum vel adultorum, uno videlicet ex parte patris et alio ex parte matris convocandis et compellendis per dictum dominum ad instanciam tutoris ex officio suo. Et si tot vel tales non inveniantur, tunc deputentur duo boni viri qui sint ipsorum amicicia vel affinitate coniuncti dictis pupillis, qui intersint dicte relationi rationis reddende. De qua ratione reddita fiat relatio per duos qui fuerunt presentes reddicioni racionis predicte. Que relatio fiat coram domino et assistentibus, per quos dicta ratio approbetur vel reprobetur. Et siquidem bonam reddiderit rationem in officio permaneat; si vero malam, tunc ab officio amoveatur et immediate teneatur resarcire omne dampnum et interesse ipsius pupilli vel adulti, vel alias indempnitati pupilli seu adulti provideatur. Ita tamen quod per dictam rationem redditam nullum preiudicium generetur pupillis vel adultis, quin eorum tutores teneantur tempore dicti sui officii finiti generalem rationem sue administrationis reddere et assignare. Que autem in hac ista constitucione et precedenti dicta sunt in tutoribus seu curatoribus pupillorum et adultorum habeant locum etiam in curatoribus furiosorum et prodigorum.

De sublatis oblationibus quas usurarius a suis debitoribus exigebat quod de hostaria vel patria non existant debito non soluto.

L[illegible] quedam pestifera et dampnosa in feneratoribus abusio inolevit

quod quando fit contractus alicuius mutui vel depositi creditores non contenti obliga-
tionibus in patria antiquitus consuetis alias inexquisitas obligationes inveni-
re conantur. Et preterea fideiussores quam principales obligarent se quod si mutuum vel
depositum in contractu predictum in statuto termino non solverint, teneantur
intrare hostariam aut exire patriam vel non redire ad patriam donec
mutuum vel etiam depositum huiusmodi cum dampnis et expensis non fuerit
persolutum. Ex quibus ad inopiam devenerunt nonnulle domus nobilium et
civitatum Foroiulii destructe sunt et ad nichillum redigantur. Propter quod
nos volentes una cum presenti colloquio generali ad eorum omnium utilitatem
providere. Constituimus et ordinamus quod nullus creditor quicumque sit et quocumque
nomine mutuet possit vel debeat ab aliquo de Foroiulii recipere quod oblig-
antes se principales vel fideiussorio nomine intrent hostariam vel exire
patriam Foroiulii seu aliquam personalem obligationem pro una causa facere
teneantur nec principales aut fideiussores obligationibus huiusmodi valeant
se ligare. Quod si secus fuerit factum, huiusmodi obligationes sint nu-
llius valoris vel firmitatis etiam si sint iuramento vallate. Et nichi-
lominus notarius conficiens instrumentum ab officio per biennium sit suspensus. Et
habeat etiam locum in preteritis, quatenus provisum erat per veterem
constitutionem.

De instrumentis usurariorum ultra quinquennium non valentibus et cassatis

Constituimus et ordinamus quod quelibet instrumenta seu mutui pactiones
pro se vel pro alium sub usuris cuiuscumque condicionis existant
super instrumentis in patria Foroiulii, et cuius dispositione huiusmodi
instrumentis uti valeat per quinquennium et non ultra a die celebrati contractus
numerandum, et quod talia instrumenta usuraria vel in fraudem usurarum
facta elapso dicto quinquennio sint tunc et nunc prout extunc inania ir-
rita cassa nullius quoque valoris seu roboris. Addicientes quod pacta, conven-
tiones, renunciationes que fierent per fenaratores et pignorantes
seu obligantes vel creditores seu debitores, quominus in omnibus

et per omnia statutum et ordinamentum predicta observentur nullatenus admittatur nec illam obtineant firmitatem. Et presens constitutio et ordinatio in hac parte tendat non solum ad futura negotia sed etiam preterita et pendentia.

De contractibus publicorum usurariorum de duplo presumendis. Rubrica.

Nova constitutio

Constituimus et ordinamus quod omnes contractus quorumcumque usurariorum publicorum etiam si non teneant banchum et stationem, concepti in personas eorum vel in personas existentes de eorum familia, intelligantur et presumantur fore de duplo, exceptis contractibus emptionum bonorum stabilium.

De promissione restitutionis possessionum fienda infra certum tempus.

Item constituimus et ordinamus quod de promissione facta per emptorem de revendendis et reddendis bonis stabilibus venditori ipsorum pretio quo vendita fuerint ad certum tempus si ei daretur pecunia, licet de huiusmodi promissione seu pacto inter eos ~~ostensis~~ constitutu sine publicum instrumentum, tamen probari valeat per testes ydoneos saltem tres infra quindecim annos a tempore promissionis huiusmodi. Et ultra quindecim annos probari possit per instrumentum et non per testes. Et hec habeat locum etiam in preteritis.

Quod non detineatur pro aliis (?) homo miserabilis vel homo modice facultatis ratione depositi.

Constituimus et ordinamus quod siquis miserabilis vel homo modice facultatis se obligaverit ad solvendum ratione depositi alicui publico usurario

aliquam pecunie quantitatem et pro hoc si non soluerit detineatur non debeat in presone sed si depositum contractum fuit inter pares, uel de minoribus ad maiores (itaque verisimiliter presumi possit) depositum super illo procedatur coram domino iusticia mediante. Et hoc habeat locum etiam in preteritis:)

Quod maior frater non possit alienare de bonis stabilibus in preiudicium minorum:)

Constitutum et ordinatum quod maior frater siue administrator domus in dampnum et preiudicium minorum fratrum non possit vendere, donare, impignorare uel alio aliquo alienare sua bona seu de bonis eorum stabilibus et possessionibus communibus sed si pro euidenti utilitate et urgente necessitate ipsum opportuerit de bonis ipsorum impignorare, vendere uel alienare hoc facere debeat. et possit pro laudum et consensum auctoritate et decreto domini potestatis inter nobiles et inter burgenses et alios inferiores auctoritate domini seu rectorum [illegible] quibus constare debeat quod non aliter maior frater faciet(?) hoc faciat in sua preiudicium et non in dampnum et preiudicium minorum pupillorum et minorum redundet. De bonis autem mobilibus et se mouentibus(?) communibus maior possit administrare et facere bona fide pro necessitate et utilitate minorum fratrum et domus eorum. Sed si videbitur fratribus minoribus siue ipsorum tutoribus seu curatoribus et amicis quod frater maior seu administrator domus minus bene administret et inutiliter gerat negotia et res et bona ipsorum mobilia. et tunc facta denunciatione domino potestati siue ipsorum domino compellatur maior dare seu assignare minori seu minoribus suis fratribus seu nepotibus partem eos contingentem de bonis communibus ita quod tunc deinceps frater maior siue administrator domus nichil possit facere in dampnum seu preiudicium aliorum. Et habeat locum etiam in preteritis:)

Quod medicant(?) bona illorum qui dissipant illa:)

Constitutum et ordinatum quod si quis inventus dissipator bonorum suorum uel proclamatus fuerit per consanguineos et amicos suos aut per publica.

formam sint hoc in noticiam dominorum deducti duo parte vel eius officialis ibi iudicio vel dispensatori mandat publice administratorem bonorum eius dari debet curatorem sine cuius curatoris auctoritate consensu et voluntate non valeat se obligare, neque debita contrahere, nec etiam de bonis suis stabilibus obligare. Et si pro evidenti utilitate et urgente necessitate necesse fuerit de bonis suis stabilibus obligari vel alienari, illud fieri volumus observata solemnitate que debet observari in alienatione vel obligatione minoris bonorum minorum, iuxta formam constitutionum. Curator autem predictus ad conficiendum inventarium, et ad rationem sue administrationis reddendam teneatur prout tenentur ceteri curatores dati furiosis et minoribus xxv. annis.

Quod nullus de forensibus possit vendere donare vel alienare forensi sua castra.

Constituimus et ordinamus quod nullus de forensibus possit vendere, donare vel aliqualiter alienare seu dare alicui forensi sua castra, municiones, fortalicia vel loca suspecta. Et si contra factum fuerit talis alienatio non valeat, sed bona sic alienata libere cedant cui de iure deberent si alienans decederet intestatus et trahentur etiam ad potentia.

De successionibus ab intestato.

Constituimus et ordinamus quod si quis masculus sui iuris vel existens in potestate decesserit intestatus vel ab intestato, et ab intestato seu intestatus decessisse intelligatur sive illum fecerit sive condiderit testamentum sive testamentum condiderit sed illud aliquo iure facere seu condere non potuit sive rumpi possit vel deduci ad causam intestati, ad ipsius successionem primo veniant, et veniant filii masculi ipsius

defuncti deinde omnes descendentes masculi nati ex linea masculina defuncti
usque in infinitum. Ita tamen ut pares gradu pariter succedant et qui prior
est in gradu solus admittatur ad successionem exclusis posteriores gradu poste-
rioribus. Salvo quod si simul cum filiis masculis defuncti extant filius
vel filio premortuo, vel premortuis nepotes, illi nepotes simul cum
filiis defuncti ad successionem admittantur. Ita ut quotcumque ipsi nepo-
tes sint eandem portionem habeant et illos gradum et locum obtine-
ant quam et quos eorum pater si viveret haberet et obtineret. Si autem
non extant filii seu alii descendentes ex linea masculina de-
functi, tunc si supersunt ascendentes masculi et fratres defuncti ma-
sculi ex utroque parente vel ex patre tantum defuncto, quanto ipsi ascen-
dentes proximiores in gradu admittantur una cum dictis fratribus de-
functi ad eius hereditatem dividendam pariter inter eos sic tamen ut
dictorum ascendentium fratrum singuli equalem habeant portionem et si
extant cum eis remanent filii masculi fratrum predefunctorum ipsi etiam
quotcumque sint cum ipsis proximis gradu ascendentibus et fratribus defuncti
eorum patruis admittantur ad successionem in stirpem, sed in tantum pro
quantum eorum pater si viveret deberet. Si autem non extant ascen-
dentes masculi nec descendentes masculi ex linea masculina nati
tunc si extant fratres defuncti et fratrum premortuorum filii, ipsi omnes ad-
mittantur ad hereditatem in stirpem et non in capita dividendam. Si
vero non supersunt ascendentes masculi nec descendentes masculi
et ex linea masculina nati, nec etiam fratres defuncti masculi, tunc
si extant fratrum predefunctorum filii, illi admittantur ad hereditatem de-
functi dividendam inter eos in capita et non in stirpem. Et sic predictis
descendentibus masculis, et ex linea masculina natis, et ascende-
ntibus et collateralibus masculis predictis extantibus vel aliquo eorum exclu-
dantur a successione defuncti filie eius, et cetere femine sexus ex
ipso descendentes, et descendentes ex eis cuiuscumque sexus existant
at etiam ascendentes femine et collaterales femine et ex eis de-
scendentes cuiuscumque sexus existant. Cum defuncto sint pares
vel priores in gradu ipsis descendentibus masculis et ex linea ma-
sculina natis et ascendentibus et collateralibus masculis. Cum tamen
ipsi masculi qui feminas eis priores vel pares in gradu a succes-
sione volunt excludere teneantur feminas eis in gradu priores vel
pares si non sunt et non sunt maritate et dotate maritare et
dotare ac imperialibus solempnitatibus si sunt vel cum fuerint
etatis nubilis ex bonis dicte successionis et interim alimentare
attentis quantitatibus dictorum bonorum ac statu conditione et qualitate
dictarum feminarum maritandarum predictis non descendentibus masculis

et ex linea masculina.

et ex linea masculina natis et ascendentibus masculum gradus, et collateralibus
masculis non existentibus tunc ad successionem admittantur femine ac si essent
masculi. Et ponere gradu pares parentes non pariter succedant, exclusis dumtaxat
sexus ac masculorum et feminarum.

De reprehensione et additione hereditatis cum beneficio inventarii.

Cum fraudes in additione hereditatum cum beneficio inventarii et con-
fectione ipsius inventarii committantur illis obviare volentes
Constituimus et ordinamus quod si quis vel si qua voluerit adire aut acce-
ptare aliquam hereditatem aut hereditati se immiscere cum beneficio inve-
ntarii hoc ne possit nisi coram domino cui subiciebatur et subiectus erat
tamen hoc ne possit nisi coram domino cui subiciebatur, et subiectus erat
defunctus de cuius bonis vel hereditate agitur. Set potius volens adhire aut
acceptare vel immiscere cum beneficio inventarii ut est, tenetur et possit
eidem domino dicto dilo laude et fama mediantibus eandem hereditatem adhire
vel ei se immiscere infra spatium xx dierum a die mortis defuncti exclu-
sive et tunc ibidem statim postquam adhiverit acceptaverit vel se immi-
scuerit hereditati deputetur de voluntate dicti et ipsius immiscentis seu
acceptantis vel adeuntis dominus ydoneus notarius et sufficiens qui conficiat
et scribat inventarium de bonis hereditatis de qua agitur et possit dictus
acceptans adhiens vel immiscens ibidem facere quod sine dolo
vel fraude ... faciet scribi. Et ponere faciet in inventario omnia
et singula bona hereditaria tam mobilia quam immobilia, iura et actiones et
debita et credita spectantia ad hereditatem. Quod quidem inventa-
rium teneatur heres inchoare mediare, et finire et publicare infra
terminum xxx dierum post acceptationem numerandorum exclusive, tunc
... dictus heres loco dicto ante publicationem inventarii ...
... faciat publice, et alta voce quod omnes creditores
... et legatarii, et quorum quorum interest compareant dicto loco et hora
... et in quibus est facienda publicatio coram domino coram quo est facta
acceptatio ... non observantes ... dictum heredem vel aliquibus
bonis ponendis in inventario ... heredem dolo vel fraude vel
evidenti negligentia in inventario non ponens ... omissis. Confecto

Argumentum et peritus nichil possit quam ymo teneatur omnibus creditoribus et legatariis iuridice ac si hereditatem cum beneficio inventarii acceptasset.

De hiis qui petunt se poni in possessione aliquarum rerum vel bonorum alicuius defuncti.

Consuetum est et ordo quod si quis comparuerit coram domino et petierit se poni in possessione aliquarum rerum seu bonorum siquidem allegavit se heredem illius de cuius bonis fit mentio et ibidem probet per instrumentum generis testamenti vel per legitimum numerum testium, et separatim testium se heredem legitime et nullus appareat ibi contradictor tunc statim dat dominus ibi nuntium ad ponendum eum in possessione dictorum bonorum in corporalem possessionem vel quasi cum defunctus tempore mortis sue, salvo iure cuiuslibet persone. Si non ibidem non probavit se legitimum heredem non dat ibi nuntium donec legitimam fecerit probationem de eo quod allegavit. Et hoc quando allegat se heredem per testamentum. Si non asserit se heredem ab intestato tunc fiet iste modus quod fiat publica proclamatio in platea loci ubi solebat habitare ille cuius erant bona de quibus fit mentio et coram loco solite habitationis ipsius in hac forma per cedulam que affigatur [illegible]. Noverint universi quod talis qui petiit se poni [illegible] super platea infrascripta [illegible] olim talis defuncti fratris sui [illegible] in possessione rerum et bonorum que fuerunt [illegible] in dictis bonis seu velit contra ab intestato. Quare si quis credit [illegible] compareat coram dicto domino infrascripto dicere quod non ponatur in possessione predicta [illegible] dicens et allegandum cum causa contradicere vult quod non ponatur [illegible]. Alioquin ponetur in possessione salvo iure cuiuslibet [illegible]. Si nullus in possessione [illegible] comparuerit contradictor [illegible] transactis dictis [illegible] diebus ponatur in possessione dictorum bonorum salvo semper iure [illegible] super [illegible] facta tamen fide de proclamatione predicta et cedule affixione qui sic positus in possessione teneatur in dicta possessione contra omnem personam [illegible] et aliis personis existentibus ex parte tempore [illegible] dictorum [illegible] et exceptis [illegible] hiis qui postea comparent [illegible] allegantes se heredes ex testamento [illegible] infra [illegible] dictum quo [illegible] fuit positus in possessione [illegible] admittantur tales [illegible] persone ad petendum possessionem dictorum bonorum non obstante possessione [illegible] in possessione [illegible] talis possessio [illegible] nec noceat [illegible] qui eam obtinuit [illegible] non possit [illegible] de bono [illegible] quod debeat poni in possessione dictorum bonorum [illegible] fuisset assignata possessio alicui dictorum [illegible] parentum [illegible] autem donec fuit determinatum quod debeat poni.

in possessione dictorum bonorum de quibus est questio elligatur per partes persona aliqua penes quam possessio dictorum bonorum remaneat donec fuerit diffinitum quis eorum habere debeat possessionem dictorum bonorum ne partes habeant materiam rixandi. Et si de una persona concordari non possint partes predicte tunc elligatur per dominum persona aliqua non suspecta que suspecto et custoditori per dominam apparetur vel neutri alicui parti penes quam et ad eius gubernatorem bona remaneant donec fuerit determinatum ut cum fructibus et expensis hereditatis et bonorum de quibus contenditur.

De heredibus compellendis alimentare, maritare et dotare feminas ratione sexus ab hereditate exclusas.

Quia per duas constitutiones supra precedentes aliquas ratione sexus feminas ab hereditate que eis de iure communi forte forent debita excluduntur si fuerit vel cum fuerint etatis nubendum tum si maritate non fuerint [illegible] fulcimentis decentibus fulciantur. Ideo ne illis per heredes maritentur dotentur et fulcimentis decentibus et dotium et fulcimentorum [illegible] dolo vel heredes huiusmodi [illegible] matrimonia et dotium et fulcimentorum negligentiam minimum prohibeantur. Constituimus et ordinamus quod si ipsa mulier fuerit etatis nubilis ad eius vel alicuius sui attinentis instantiam et requisitionem per dominum loci ubi residet heres fiat preceptum heredi usque ad annum a die requisitionis factum ipsam dominam debeat maritasse dotasse et fulcimentis ut convenit in pacto [illegible] et interim eam teneatur alimentare et constitutionibus fulcimentisse et vestire. Et si heredes infra annum predictum non adimpleverint et vestimentis prestare et si heredes infra annum predictum non adimpleverint elapso anno statim teneantur et debeant ac per dominum compellantur deponere penes dominum bonum et fidelem et ydoneum mercatorem per dominum elligendum tantam pecunie quantitatem cum qua consideratis hereditatis facultatibus decenter maritari ac dotari valeat et fulciri, ex pecunia lucrum eius provenientis sit ipsius mulieris seu femine maritande, et eam interim prestitus heres debeat alimentare, vestire ac sic eius gubernationem et statum honorabile et honorifice procurare.

De bonis hereditariis obligatis dominabus dotandis per heredes eosdem

Constituimus et ordinamus quod in omnibus quibus domine debent dotari et fulciri per heredes quod omnia bona hereditaria et bona [illegible] illius heredis sint ipso iure obligata dicte domine pro dote et fulcimentis

et quod nulla alicuius detractio seu deductio possit fieri in preiudicium dicti domini quod si acceperint hereditatem cum beneficio inventarii tunc bona propria sua non sint obligata pro illius debitis.

De legatis per heredem statim solvendis.

Constituimus et ordinamus quod legata vel relicta in testamento vel codicillo prestari statim teneantur heres post additam hereditatem vel postquam se immiscuerint hereditati nisi aliter vel alias appareret de voluntate testatoris vel legatarii nisi [illegible] sint heredes cum beneficio inventarii. Quo casu quemcumque [illegible] et nisi [illegible] non teneantur creditori vel legataria nisi post eo non possit a creditoribus nec solvere teneantur nisi post elapsum tempus ipsius inventarii conficiendi secundum constitutionem super hoc editam limitatum.

De legatis ab herede prestandis non auctoritate propria vel per eorum apprehendendis.

Constituimus et ordinamus quod heredes quibus est aliquid in testamento iure legati vel fideicommissi vel alio quocumque titulo relictum teneantur petere rem legatam seu relictam ab herede universali, non autem ipsam propria auctoritate accipere nec per eorum ipsius possessionem apprehendere. Heredes non citato debere nec tales apprehensionem possessionis sine voluntate vel non citato herede fiant per legatarium vel fideicommissarium fideicommissarium nullius fore effectus roboris seu valoris nec tribui ius aliquod per eandem.

De pheudis ad aliquem aliquo iure devolutis et volentibus petere eadem feuda vel corporalem possessionem.

Constituimus et ordinamus quod si quis volens petere pheuda vel bona aliqua iure pheudi que spectant per obitum alicuius vel alio quocumque iure ad ipsum pheudi que spectat per obitum alicuius vel alio quocumque iure ad seu devoluta debeant apprehendere coram dicto domino patria et per laudum et dominum admittens seu reciperet cum tendentium [illegible] manum pheudi [illegible] reverendam coram dicto domino patria obtinere [illegible] [illegible] manum pheudi

qui inducat ipsum in tenutam, et possessionem dictorum bonorum pheudalium pro
primo anno sine usufructu salvo iure cuiuslibet, et qui nuncius datus ad indu-
cendum in dictam tenutam et possessionem teneatur ad petitionem dicti petentis
notificare possessori dictorum bonorum que pro pheudis petuntur de dicta domini in-
ductione et tenuta post quam notificationem factam si per annum possessor
tacuerit quod nullam litem moverit in dictis bonis tunc talis in ipsorum possessione
inductus debeat comparere coram dicto domino patriarcha, et petere se indu-
ci in possessionem dictorum bonorum cum perceptione usufructuum quem tunc ibidem
per dominum septem mensium assumendum licentiam manum pheudalem facta fide per nuncium
de inductione et notificatione valeat obtinere.

De depredatoribus, et robatoribus stratarum publicarum et euntibus contra iura ...

Ut strate et itinera publica tam mercatoribus quam aliis quibuscumque
personis tute et secure libere pateant. Constituimus et ordinamus quod qui-
cumque domini patriarche subditus vel ecclesie Aquilegensis vel confinis
stratas ipsas vel itinera publica violare, irrumpere vel turbare, spoli-
ationes vel derobationes committere super ipsis presumpserit quocumque modo sive nobilis
sive popularis existat si haberi poterit vel capi pena capitis puniatur.
Si vero capi non poterit sub eadem pena perpetuo sit bannitus et de universa
terra domini ecclesie Aquilegensis ita quod nec in terris nec in eius
finibus et a quocumque domino ecclesie Aquilegensis ... de bonis dicti malefac-
toris domini patriarche ... possit stare de bonis suis malefac-
toris pro dicta pecunia habita vel haberi poterit satisfiat spoliato usque ad summam
... quod sibi acceptum fuit tempore quo omnia accepta vel estimatione
omnis quod sibi acceptum fuit ... et male-
ficiis fuit salvo iure spoliati. Receptantes vero derobatores, et male-
factores predictos, aut cum eis tollentes derobata vel furta, et admittentes eos
in castris, fortaliciis sive domibus suis si scienter fecerint et ipsum vel
ipsos derobatores cum spolio et derobatione ... infra tres dies etiam
non requisiti non presentaverint et assignaverint domino patriarche aut marescal-
co ... vel signis vel signum ignorantes receptan-
tes ... derobatores et malefactores predictos cum spolio
... et requisiti ex parte domini patriarche aut ... vel al-
teri ... infra duos dies repu-
tentur ipsorum aut corporis vel alterius ipsorum ... vel assignaverit
... ipsos malefactores non presentaverint vel assignaverint
... pena subiaceat et cadat in plenam penam, et contra

rum vel eos per dominum nostrum perdatur sicut contra ipsum vel ipsos receptatores scelus huiusmodi fuisset commissum. Et si dicti derobatores non fuerint convicti et reperti vel probari possit ipsos derobatores tempore receptationis vel post esse vel fuisse in dictis casibus vel sortilegiis tunc tales receptatores nullam possint pretendere ignoranciam sed puniantur in dicta pena et contra ipsum perdatur simili modo sicut fierent a principio receptassent. Et predicta penis puniantur omnes capientes aliquem vel aliquos tempore pacis et treugas presentis predictas auctoritate et sine auctoritate domini, dummodo tales non talis capti non fuerint derobatores vel massarii capcionum. Et hoc habeat locum etiam in preteritis.

De [illegible]

Consuetudinem per precedentem quam ad penam dicti corrigentes statuimus quod quilibet derobator stratarum cuiuscumque condicionis [illegible] et eo laqueo existat furcis suspendatur taliter quod moriatur.

Correcto?

De modo procedendi contra derobatores et receptatores stratarum publicarum.

Item constituit et ordinavit quod omnem processum contra derobatorum predictum sufficiat semel citato publice facta in platea loci ubi processum per marescalchum vel alium officialem domini patrie ad certam diem competentem post diem dicte defensionis faciendam ad certam diem competentem post diem de defensione faciendam et simili modo contra dictum receptatorem proclamatore [illegible]

De Communitatibus iniuriantibus vel rebellantibus officialibus domini patrie.

Constituit et ordinavit quod quandocumque aliqua civitas aut homines alicuius civitatis turba coadunata inscientes fuerint aut offenderint marescalchum domini patrie vel eius vicegerentes aut eius familiares

vel precones exequentes debito et gnaviter suo officium suum vel vendicaverint
pignora eisdem officialibus omnes existentes culpabiles dicti excessus sol-
vant marcham mediam pro quolibet. Et nichilominus penas in quas alias inci-
derint de iure aut ipsos excedentium in predictis. Domino marescalco credatur
dato ei iuramento super hoc vel eius vicesgerenti. Et preconi prout Communitas te-
neatur tot iure designare quot marescalcus vel eius vicesgerens
aut preco asseruerit fore culpabiles de excessibus antedictis. Alioquin dicta communitas
teneatur solvere quicquid deerit de hiis quos marescalcus vel eius vi-
cesgerens vel preco culpabiles invenerint in predictis. Addicientes tamen predictis
quod nec marescalcus nec eius vicesgerens nec aliquis eius familiaris
possit ire ad pignorandum vel ad accipiendum aliqua pignora absque
precone a iudicio limitato Curie domini patriarche.

De iniuriis factis preconibus vel familiaribus domini patriarche officium suum exercentibus.

Constituimus et ordinamus quod si aliquis fuerit tante temeritatis quod percusserit
preconem aut familiarem domini patriarche vel marescalchi exercentem
officium suum, tunc si ex dicta percussione non fuerit secuta san-
guinis effusio et percussor fuerit masculus, cadat in pena medie mar-
[che] patriarchali Curie aplicande. Si eum percusserit una vel duabus vicibus seu
pluribus et ultra puniatur per dominum assessorem circa considerationem ad qua-
litatem et modum percussionis. Si vero fuerit mulier que dictam percussionem
fecerit, tunc solvat medietatem eius quod solvisset masculus si ipse per-
cussisset. Si vero ex percussione subsecuta fuerit sanguinis effusio vel vulnus
tunc percussor cuiuscumque sexus existat cadat in pena unius marche apli-
cande ut supra. Et nichilominus teneatur solvere expensas factas pro medico et me-
dicinis et pro liberatione dicti percussi. Et de predictis vulneribus et percussi-
onibus credatur relationi preconis cum uno teste ydoneo si ipse fuerit
percussus. Si vero percussus fuerit familiaris domini patriarche vel marescalchi
exercens cum precone dictum officium, tunc credatur duobus testibus testifi-
cantibus de dicta percussione. Et in isto casu mulieres admittantur ad testi-
ficandum sicut masculi.

De Commutatis revellantib(us) P(e)ra ;

Constitutionem supra precedentem iuxta medium corrigentes Const(ituimus) et ordinamus quod pro excessu qui committitur in constitutione ubi solvebatur media marcha solvantur hinc solum quadraginta denarii et quod non credatur pignorantibus seu officialibus de huiusmodi excedentium simpliciter sed solum a viginti quinque hominibus infra ab inde non super stat legitime probato per alios quam dictos officiales in constitutione contentos vel per ... vel ... dicte Civitatis vel ville. Et quod dictus marescalcus non possit pignorare nec pignorari facere nisi mediante predicta forma ;

De Tempore quo massarii debent dimittere et relaxare mansos dominis suis ;

nova constitutio

Constituimus et ordinamus quod hii qui sunt soliti solvere aliquem affictum ratione alicuius mansi vel tenitorii non possint illum mansum renunciare illo tempore anni nisi a prima die augusti usque ad festum assumptionis beate marie dicti mensis augusti. Et renunciantes teneantur prestare securitatem de solvendis affictibus integre et de stramine et fimo et dimittere tenitorium melioratum ;

De dominis pustotte valentes pignorari super pustotta ;

nova constitutio

Constituimus et ordinamus quod dominus pustotte alicuius mansi pro affictibus suis possit accipere bona tenentis pustotta inventa super dicta pustotta et alia bona quecumque ibi inventa. Et quod dominus super cuius tenitorio stat non possit ipsa bona dicti coloni accipere super dicta pustotta ;

De pena falsi testis ;

nova constitutio

Constituimus et ordinamus quod si aliquis deprehensus fuerit falsum testimonium perhibuisse in quacumque causa civili vel criminali, penam dictarum

librarum incurrat quam solutionem teneatur infra xv dies postquam deprehensus fuerit
falsus testis et nisi infra dictum tempus solverit amputetur ei lingua
Cuius pene medietas cadat domino coram quo falsum perhibuit testimonium
alia medietas parti contra quam falsum perhibuit testimonium.

De massariis de massaritia et manupastis et filiis non admittendis ad testimonium pro corpore domini.

Constitutum et ordinatum quod nullus massarius qui stet cum loco et facto de massaritia, nec filius nec manupastus alicuius possit in aliquo casu testimonium perhibere pro corpore domini excepto quod massarius predictus possit deponere de possessione mansi ut in alia constitutione continetur.

nova constitutio

De creditore non molestando per fideiussore de damno passo per fideiussionem.

Constitutum et ordinatum quod si ad petitionem alicuius creditoris aliqua bona sit vendita ad incantum que bona fuerint dessignata per aliquem fideiussorem vel alium quemlibet dessignatorem seu obligatorem bonorum suorum ad instantiam alterius pro eodem creditore, aut executio facta contra bona fideiussoris alicuius seu alterius dessignantis et fideiussor velit sibi de indemnitate providere, ipse fideiussor possit et debeat facere convenire debitorem pro quo fideiussit et ab eo suum petat damnum resarciri cuius occasione damnum passus est, nec debitor ulterius molestet creditorem pro pignore vendito sive iuste sive non dictum pignus fuerit vendi[tum], et ipse debitor principalis contra quem bona fideiussoris fuerint vendita habeat regressum contra creditorem si credat sua pignora fuisse vendita aliqualiter iniuste ut quia forsitan dicat non iuste nec rationabiliter dictum pignus fore venditum vel alia causa.

De penis promissis contra aliquo domino non exigendis.

Constitutum et ordinatum quod nullus castaldio seu quis alius ius reddens in partibus Foroiulii audeat nec presumat compellere nec suadere

inuitare nec inducere aliquam personam coram ipsis litigantem quod aliquid faciat vel non faciat sub aliqua pena nec ipsi litigantes ad instantiam alicuius domini seu alicuius alterius persone nec eciam sponte valeant se obligare sub aliqua pena super predictis et quicquid contra predicta factum fuerit sit nullius roboris nec (?) firmitatis.

Quando debet fieri solutio pro instrumento in publicam formam redacto.

Constituimus et ordinamus quod quilibet notarius habere debeat pro instrumento in publicam formam redacto emptionis non facto ad incantum a quinquaginta libris et duodecim solidis a centum libris denarios unum ... pro marcha et non ultra nisi de spontanea voluntate emptoris. Item de contractu dotis, morgengabe et ... Item de contractu cuiuslibet donationis. Item de contractibus cessionis permutationis societatis locationis depositi. Item de instrumento compromissi seu arbitrii et ... in ... corporalis. De instrumentis non contractus mutui finis et remissionis et relationis facte de rebus venditis ad incantum a centum libris infra et habeat sex solidos pro marcha ab inde non ... septem ... pro marcha et non ultra nisi de spontanea voluntate ... Pro instrumentis non permutationis seu ... solidos duodecim pro instrumentis non tutele sindicatus curatoris factoris solvant solidos viginti et non ultra invito petente aliquid de illis huiusmodi instrumentis. Pro testamentis non solvat heres solidos unum pro qualibet marcha facta extimatione hereditatis deductis debitis et legatis et aliis quibuscumque hereditatis oneribus pro legatis non solvat solidos unus pro qualibet marcha et si fuerit minus legatum una marcha solvat pro particula legati ad minus solidos decem. Pro inventario autem facto causa hereditatis addire cum beneficio vel facto per tutorem a viginti marchis citra habeat unum solidum pro marcha ab inde non ... non solvat ultra solidos xl. pro toto inventario antedicto. Notarius vero qui ultra predicta pecunias contra ... spontaneam voluntatem debentis solvere extorsserit extorta restituat et in penam medie marche cadat solvendam domino cui subest notarius qui extorssionem fecerit antescriptam.

De salario notariorum.

[I]nstitutionem per precedentem absolventes tollentes et cassantes in
totum et eadem in melius innovantes Constituimus et ordinamus quod ille ad
cuius instanciam notarius redigit in publicam formam instrumentum con-
tractus emptionis non facte ad reemptionem vel instrumentum depositi dotis morgingabi
dismontaturarum et cuiuslibet alterius continentis donationis non teneatur dare no-
tario pro dicta publicatione si contractus pro cuius publicatione non excessit penitus
vel quantitatem vel valorem decem marcharum ultra soldos duodecim. Si vero
[I]ncessit penitus quantitatem vel valorem decem marcharum tunc ab ipso precio
quantitatis vel valore decem marcharum usque ad penitus quantitate vel valore
ducentarum marcharum non teneatur ipse ad cuius instanciam aliquis ex dictis contractibus
fuit publicatus dare notario qui ipsum contractum publicavit ultra unum
soldum pro qualibet marcha precii quantitatis vel valoris. Si vero penitus quantitas
vel valor excessit ducentas marchas quantumcumque excedat usque in infi-
nitum non teneatur faciens publicari notario dare ultra tres marchas.
[I]n instrumentis vero contractuum permutationis societatis divisionis et lucellationis
seu perpetue locationis non teneatur pro publicatione alicuius eorum dare notario
ille qui fecerit publicari si non excessit penitus quantitatem vel valorem
decem marcharum ultra xii soldos. Si vero excessit penitus quantitate vel va-
lorem decem marcharum tunc non teneatur ille ad cuius instanciam fuit instrumentum
publicatum dare ultra medietatem illius precii quod dictum et expressum
est supra in precedentibus contractibus qui excedunt penitus quantitatem vel valorem
decem marcharum. [I]n compromissis vero sive vigore ipsorum latis et ab
eodem notario scriptis non teneatur requirens compromissum et sententiam illius
vigore latam dare ultra quam si esset instrumentum emptionis de quo supra est facta
mentio respectu ad quantitatem vel valorem eorum de quibus est facta comprom[issum]
In comunes sententia vigore compromissi lata. Et si fuerit compromissum et sententia in
eo dicta sententia vigore eius lata scripta a diversis notariis tunc non teneatur requirens pu-
blicationem compromissi vel sententie pro qualibet illorum dare ultra quod superius
est dare debere pro utroque ipsorum ab eodem notario publicatorum. [I]n
instrumentis vero mutui et relationis facte de bonis venditis ad reemptionem
non excedentibus quantitatem valorem vel penitus decem marcharum non teneatur
dare ultra soldos duodecim. Si autem excedit quantitatem valorem vel
penitus decem marcharum dare non teneatur ultra soldos unum pro qualibet marcha
ab inde non supra quantumcumque excessit non teneatur dare ultra soldos xl.
[E]t eodem modo in supradictis cum constituimus in instrumento finis et remissionis in
quo specificatur quantitas vel res de qua est facta finis tunc non teneatur
ille ad cuius instanciam dictum instrumentum fuit publicatum ultra mediam marcham

dare. ¶ Pro instrumento vero sindicatus tutele curatoris vel factoris publicatis non teneatur quis dare ultra grossos viginti. ¶ Pro instrumento autem procuratoris vel actoris vel locatoris ad tempus facto non teneatur quis dare pro eius publicatione ultra grossos duodecim. ¶ Insuper pro testamento publicato non teneatur ipsum testamentum requirens dare ultra grossum unum pro qualibet marcha facta extimatione hereditatis deductis debitis et legatis et aliis quibuscumque hereditatis oneribus. Ita tamen quod quantumcumque valeant bona hereditatis nec teneatur testamentum requirens dare notario qui illud publicaverit ultra decem marchas. ¶ Pro legato vero publicato non teneatur quis dare ultra grossum unum pro qualibet marcha quantitatis vel extimationis rei legate, dummodo solutio predicta non sit minor duodecim grossis. Ita tamen quod quantacumque quantitas fuerit vel valor rei legate non teneatur quis dare ultra summam quatuor marcharum. ¶ Pro confectione vero inventarii publicati facti per heredem vel tutorem fiat satisfactio iuxta deliberationem duorum bonorum virorum eligendorum per partes habito respectu et consideratione ad laborem notarii quem in dicta confectione passus fuit, et ad vires hereditatis vel valoris bonorum de quibus inventarium fuit confectum. Ita tamen quod quantumcumque sint vires hereditatis vel bonorum non teneatur quis dare pro inventario de illis confecto ultra tres marchas. Notarius vero qui contra predicta vel aliquid predictorum ultra predictas satisfactiones in parte sive casibus singula referendo contra spontaneam voluntatem requirentis aliquid predictorum extorserit extorta restituat et in penam unius marche cadat solvendam domino cui subest notarius qui extorsionem fecerit antedictam.

De advocato et duobus notariis atque procuratore eligendis per d. p. cum consilio parlamenti in suffragium pauperum litigare volentium.

nova constitutio

Constituimus et ordinamus quod ab inde in antea singulis annis dominus patriarcha cum consilio parlamenti eligat et deputet pauperibus volentibus litigare unum advocatum et duos notarios et unum procuratorem qui debeant de arte sua pauperibus predictis libere absque aliqua remuneratione servire. Et quod questiones inchoatas per advocatos et notarios

seu notarius predictos teneantur ubi liberaliter iudicare ad finem absque aliqua
sui premiatione :)

De salario notariorum recipiendo pro scripturis causarum :)

Constitutum et ordinatum, quod quilibet notarius deputatus ad officium Civitatis
dum pacho seu Iudex vero pro qualibet cedula citatoria habeat
denarium unum, et tantundem de relatione et tantundem pro fide si
cuda in iudicio pro termino dicte citationis, pro singulis autem terminis
recipere possint pro quolibet termino ab eo ad cuius instantiam datus est
terminus denarios duos, vel soldos et nichilo pro omnibus scripturis reductis
in quaterno possit recipere ab eo ad cuius instantiam est facta dicta scriptura
vel pro quo illa scriptura facit denarios tres pro qualibet carta pro omni re
distincta in publicam formam redigenda recipere possit notarius
a duodecim marchis infra, vel super re dicte extimationis denarios viginti,
Si autem ascendit ultra summam duodecim marcharum, usque ad marchas
viginti quinque, recipere possit denarios viginti quinque ab inde supra denarios
unum pro marcha. Notarius vero qui ultra spontaneam voluntatem
solventis debentis ultra dicta salaria in aliquo extorsserit causa, restituat
quod extorsserit, et nichilominus cadat in penam medie marche domino cui
subest applicande :)

De salario notariorum ad hostendendum notas :)

Constitutum et ordinatum quod si aliquis notarius fuerit requisitus ostendere
prothocollum suum pro eum ad quem dignoscitur pertinere, teneatur
et debeat eidem ostendere prothocollum. hoc modo, videlicet quod si protho-
collum quod petitur dicitur esse scriptum pro ipsum notarium a quo petitur
quo debeat dictus notarius prothocollum sine aliqua solutione perquirere,
ordine debeat parti petenti pro octo denarios, Si vero fuerit hono-
rimento ... debeat habere pro requirendo et
thocollum ex notis alterius notarii tunc

ostendendo domnos sexdecim Quod si contrafecerit solvat nomine pene mediam marcham fiscali curie applicandam :)

De Officio vicedominatus et instrumentis publicis vicedominandis et notariis admittendis ad exercicionem tabellionatus officii :)

Constituimus et ordinamus quod si quis notarius undecumque sit oriundus contrario ut forenses directo inciperet exercere voluit tabellionatus officium in patria Foroiulii nullatenus dein officium audeat exercere nisi prius fuerit examinatus et approbatus per dominum patriarcham vel eius commissarium et quatuor prudentes viros vel maiorem partem ipsorum eligendos per dominum patriarcham de consilio consiliariorum electorum per colloquium generale quorum officium duret per annum et de anno in annum fiat talium virorum electio. Dignus autem sic examinatus et approbatus intus compromiserit aliqua constante infra iuratus sit et intelligatur ad officium tabellionatus in toto dominio ecclesie Aquilegensis. Et nihilominus prestet securitatem de solvendis ducentis libris parvorum dandis fabrice dicte ecclesie Aquilegensis infra unum mensem Et nisi dictam securitatem prestaverit aut contrafecerit penam solvat detrudatur in carceres et ibi pene nomine teneatur per sex menses computandos a die quo detrusus fuerit in carceribus. Et in predictas penas declaramus incidisse et ad eas teneri a die quo fuerit reprehensus excessum commisisse predictum :)

Item constituimus et ordinamus quod in patria Foroiulii fiant octo autenticatores et vicedomini unus in Cancellaria domini patriarche Alius in Aquilegia, Alter in Civitate Alter in Utino Alter in Glemona Alius in Tulmecio et Alius in Montefalcone, Alter in Sanctovito et Alius in Sacilo et eligantur per castaldiones et consilium terrarum predictarum cum confirmatione domini patriarche et eorum officium duret ad annum, nisi iusta causa impedimentum aliud induceret, quo casu alius subrogetur durante impedimento et quilibet vicedominus habeat notarios quos sibi

videbitur expedire eligendos per Gastaldiones et consilia dictarum terrarum
mutandos de anno in annum. Quorum quidem auctenticatorum et vicedominorum
officium sit tale, videlicet quod teneantur habere quaternos in quibus registrentur omnia
instrumenta in publicam formam reddacta que ad ipsos deferrentur, et ta-
les registratores fiant per notarios subditos de verbo ad verbum prout
in ipsis publicis instrumentis apparet contineri. Quibus registratis tunc
dictus auctenticator teneatur et debeat ascultare instrumentum publicatum
cum registro, et si invenerit eos concordare, tunc dictus vicedominus
in fine dicti instrumenti publicati se subscribat in hac forma: Ego
vicedominus et auctenticator predictus instrumentum vicedominavi. Nec adhibe-
atur fides alicui publico instrumento nisi sit vicedominatum. Et pro quo-
libet instrumento vicedominato seu auctenticato et pro dicta subscriptione habeat et
recipere possit dictus auctenticator se subscribens frix. unum, et notarius
qui registravit habeat et recipere possit denarium parvulum pro singulis
tribus lineis sui registri, in quarum qualibet linea non sint pauciores
xl. litteris. Quod si instrumenta aliqua apparebunt non registrata, sive non vi-
cedominata, nullius sint roboris nec firmitatis. Et fiat vicedominatio
et auctenticatio supradicta de publicis instrumentis infrascriptis continentibus
maiorem summam sive quantitatem vel valorem quinquaginta libra-
rum, de testamentis et codicillis et aliis ultimis voluntatibus. Et simi-
liter de omnibus contractibus et procurationibus factis extra iudicium sive ad
negocia sive ad causas, et de compromissis et omnibus arbitriis et de sententiis
diffinitivis iudicialibus. Et si contingeret aliquod instrumentum publicatum et
registratum seu auctenticatum non esse, et ipsius instrumenti notarium origi-
nalem non reperiri, de quo scitur et stari debeat sacramento illius notarii
quem dicetur rogasse originalem notam, vel illius notarii cui fuerint
commisse note eius quem dicetur ipsum originalem rogasse notam, tunc
possit et debeat dictus auctenticator ex dicto suo registro facere
illud instrumentum per unum ex dictis suis notariis in publicam formam re-
duci de verbo ad verbum sicut in eius registro continetur, et postea
se subscribat dictus quod ita in eius registro continetur, et tunc dicto
instrumento ex dicto registro publicato adhibeatur plena fides sicut si esset
publicatum per primum notarium qui illud stipulatus fuisset. Addicientes
preterea quod omnia instrumenta publicata per quoscumque notarios subditos vel
non subditos ecclesie Aquilegiensis stipulata, debeant ut predictum est regi-
strari et vicedominari dummodo tangant subditos ecclesie Aquilegiensis, supra-
alioquin eisdem instrumentis non detur fides aliqua ut prefertur.

Item quod de instrumentis actorum publicatis et publicandis ex notis quondam [illegible]
et notariis ante huiusmodi constitutionem fieri possit et concedatur eisdem
fieri facere volenti reductionem quae eundem effectum et eandem robur
firmitatem habeant quemadmodum instrumenta decreto reducenda super hanc constitutionem habebunt.

De filiis familias et aliis inobedientibus eis in quorum sunt potestate.

Constitutum et ordinatum quod si aliquis alterius potestati subditus utputa
filiusfamilias alicuius vel nepos avi in tenera sive provecta etate
constitutus mandatis licitis et voluntati patris vel avi in cuius potestate
consistat nolit nullatenus obedire, immo potius malis conversationibus
et operibus insistere taliter quod per eius opera tristicia inferrant potiusquam
leticiam ei in cuius potestate consistit de quo sit manifestum et publicum famam
et oppinionem vicinorum, Tunc licitum sit eidem patri vel avo in cuius
sunt potestate dictum filium seu nepotem a se et bonis suis repellere ac
eciam ab eius domo et cohabitacione excludere ac ipsum prohibere et compe-
scere ab administratione et gubernatione bonorum suorum ita et taliter quod dictus
filius vel nepos non possit in bonis patris vel avi ullo modo
se ingerere vel immiscere, ac dictus pater vel avus non teneatur
dicto filio vel nepoti providere nec in victu, nec vestitu, nec etiam in
eius ultimo testamento aliquid de bonis suis relinquere, sed possit eum
totaliter exheredare et bonis suis privare. Et si dictus filius
vel nepos non solum in pravis conversationibus et malis operibus perseveret, sed
etiam ulterius periculose presumpserit in personam patris vel avi manus
aliquam inferre, seu bona ipsius patris vel avi invadere vel occupare
seu aliquid auferre, tunc ad querimoniam et querelam dicti patris vel
avi dominus iusticiam faciat de predictis. Et si non possit filius vel nepos
solvere id in quo fuit condempnatus, in carceribus detrudatur. Ubi vero
pater vel avus dictam querelam non fecerit quia forsitan non audeat
vel non velit, tunc dominum facta sibi denunciatione per duos bonos viros
qui retineantur in [illegible] possit contra dictum filium vel nepotem procedere

sicut et sibi facta esset querimonia per patruum vel avum et sicut facerent contra aliam extraneam personam per quam commissa fuissent predicta vel aliquod predictorum;

De homicidis puniendis aut extra totam patriam banniendis;

Constitutum et ordinatum est quod si aliquis ex proposito et animo pensato homicidium commiserit seu alicui homicidio astiterit, si personaliter haberi potest de eo fiat iusticia secundum mores patrie Foriulii. Si autem personaliter haberi non potest tunc banniatur, et bannitus intelligatur de tota patria et dominio Foriulii, nec securus remanere possit in aliqua terra, castro vel loco patrie Foriulii, sed marescalchus ipsum homicidam capere possit ubicumque eum invenerit sine contradictione aliquarum personarum, non obstante aliqua consuetudine in contrarium forsitan observata. Et si forsitan aliqui comites nobiles vel alia persona cuiuscumque conditionis existat, ipsum homicidam sic bannitum receptaverint, tunc ad requisitionem domini marescalchi teneantur et debeant eidem marescalcho vel cui commiserit presentare infra tres dies a die requisitionis computandos die requisitionis incluso, aut infra dictum tempus dictum homicidam expellere, et ipsum ulterius non retinere. Contrafacientes autem in mille libris parvorum puniantur Curie domini patriarche applicandis;

De penis non exigendis vel imponendis ultra summam .xl. denariorum vel in festivitatibus ultra summam unius marche pro laicis gravitate vel non custodiendi festa;

Constitutum et ordinatum est quod nulla persona audeat pro delicto vel maleficio commisso vel committendo sub suo gastaldio imponere vel exigere maiorem penam solidorum .xl. Et si aliquis fecerit non custodiendi aliquod festum, tunc in die festi possit pro offensione vel percussione

cum sanguinis effusione imponere et exigere penam et pro pena marcham
unam. Qui vero contrafecerit teneatur duplum eius quod ultra predictas penas re-
cepit restituere Curie domini patriarche ;

De Rusticis imponentibus guaitas aut affictantibus habitatores villarum ultra
debitum morem in preiudicium huiusmodi gastaldium et dominorum mansorum et eorum ma-
ssariorum;

Constituimus et ordinamus quod omnes consuetudines, statuta, seu ordinamenta iudi-
cii et vel acta seu facta per comitatem alicuius ville contra habitatores
singulares villarum que tangunt, vel tangere possunt iurisdictionem
vel gastaldiam domini patriarche vel aliorum nobilium aut dominorum mansorum sint cassa
et nulle et nullius roboris vel valoris nec eis uti valeant comitates villarum
et ville et nullus generaliter aliquod dampnum seu preiudicium generare huiusmodi gastaldie
nec ex eis possit aliquod dampnum seu preiudicium generari huiusmodi gastaldie
vel iurisdictioni in ipsis villis vel eorum massariis. Et quod nulla comitas alicuius
ville audeat decetero audeat vel presumat imponere aliquam penam alicui
habitanti in villa eadem seu vicinis suis ultra summam octo solidorum quam semel
pro uno excessu. Et quod nulla dicta
non possit imponere ultra quam semel pro uno excessu. Et quod nulla dicta
possit comitas alicuius ville repellere vel privare vicinancia aliquem
ipsius ville habitatorem vel facere fossam circha domum aut interdicere
ne ei detur aqua nec ignis aut loquella vel quod de gravamine quod eis
inferratur non audeant conqueri domino nec etiam deservire et donare
domos, vites seu arbores alienas super quibus iacent vites mansorum qui
remanent in possessione, nec aliquod statutum seu ordinamentum facere quod
nullus audeat accipere ad affictum aliquem mansum qui sit in possessione,
vel quod non accipiatur pro tanto affictu vel maiori affictu consueto. Insuper quod nulla
comitas audeat aliqua comitas decetero facere aliqua statuta vel ordinamenta
contra homines singulares villarum habitatores que tangant vel tangere possint
Iurisdictionem vel gastaldiam domini patriarche vel aliorum nobilium aut dominorum mansorum
excepta dicta pena octo solidorum pro uno excessu. Et nihilominus quotiens autem
comitas villarum fecerit contra predicta vel aliquod predictorum cadat in penam quin-
quaginta librarum parvorum Curie applicandam et si quidem aliqua comitas
alteraverit dampnum destructionis seu devastationis factum in domibus seu
arboribus vel vitibus mansorum qui remanserunt in possessione per aliquem
vel aliquos de ipsa villa teneatur dare vel denunciare illum vel illos

qui fuerit vel fuerint perpetratores predicti dampni. Quod si fuerit predicta comunitas sit absoluta ab omni pena et denuntiatus vel denuntiati per eam cadant in penam quinquaginta librarum pro qua pena possit quilibet capi et detineri. Et si non denuntiaverit aliquem, tunc ipsa comunitas solvat predictam penam quinquaginta librarum ;.

De pena personis minantibus personis recipientibus vel recipere volentibus mansos qui sunt in pistoria vel non pistoria ad affictum ;.

Constitutum et ordinatum quod si aliquis tante presumptionis extiterit quod minatus fuerit per se vel per alium alicui volenti accipere aliquem mansum ad affictum de laborando ipsum in persona vel in bonis suis aut super dicto manso et hoc probari possint per duos ydoneos testes etiam feminas talis cadat in penam quinquaginta librarum pro qualibet vice applicandarum pro qua pena possit personaliter capi et detineri. Et si postmodum predictus offenderit predictum qui accepit mansum in persona cum sanguinis effusione vel aliqua offensione notabili, cadat in penam centum librarum applicandarum ut supra. Et si offenderit eum in bonis et super dicto manso restituat ad electionem accipientis. Et nichilominus solvat libras quinquaginta nisi dampnum intulerit ygnem imponendo in domum quo casu et ipse incendio concremetur si capiatur. Et si capi non possit ipse sit bannitus nec aliquis eum receptare audeat sub pena quo dicitur supra ;.

De massariis volentibus capi et si sint sui alterius ;.

Constitutum et ordinatum quod si aliquis habet aliquem massarium qui sit suus alterius et qui sit de pro affictibus obligatus illum capere valeat ac si esset liber non obstante contradictione domini cuius est suus ;.

De nato ex libero ventre pro libero reputando ;.

Constitutum et ordinatum quod quicumque natus fuerit ex matre libera censeatur et habeatur
ac reputetur pro libero et si pater eius sit vel fuerit servus cuius etiam
natus et nutritus fuerit sub longo tempore servierit vel habitaverit
super territorio domini sui patris vel super quo habitat pater eius. Quicumque vero nat-
us fuerit ex muliere serva et de ancillarum censeatur et sit servus eius cuius est mu-
lier ex qua natus est et si pater eius sit liber.

De servo communi manumisso.

Constitutum et ordinatum quod si aliquis est servus communis duorum vel plurium dominorum
et fuerit per unum ex dominis manumissus et liberatus censeatur et intelligatur
liber dummodo tamen alteri domino vel alteris dominis fuerit satisfactum de
parte quam habet vel habuit in dicto servo secundum extimationem faciendam
arbitrio bonorum virorum.

De hiis que acta sunt extra iudicium negandis vel confitendis.

Constitutum et ordinatum quod si principalibus personis vel ipsis [illegible] aut aliis personis
aliorum nomine cum mandatis sufficientibus in iudicio comparentibus et
legitimationibus personis et mandatis actor vel reus vel aliquis ex
litigantibus allegaret vel proponat scripturas vel instrumenta aliqua que dicat fuisse
data, facta, promissa vel gesta extra iudicium, tunc sive sit actor sive sit
reus qui primo illa proponit statim pars contra quam proponuntur teneatur illa
confiteri vel negare clare et aperte quandocumque opponantur illa ex superflua
vel impertinentia non obstante quod secundario etiam ipsa pars contra quam
primo fuit et in illo eodem instanti propositum fuit allegaret et proponat
aliqua que dicat fuisse dicta facta promissa vel gesta extra iudicium et petat
per partem primo proponentem confiteri vel negari. Et facta dicta responsione
per partem suis propositis et allegatis negando vel confitendo ea, tunc teneatur pars
primo proponens etiam negare vel confiteri proposita et allegata secundario per partem
adversam quandocumque opponatur illa ex superflua vel impertinentia. Ubi autem
predicta fuerint negata per ambas partes vel aliquam earum intelligatur lecture
facta negatio absque aliqua collocatione manus etiam si per partem ad ipsam

petitum fuit allouari sublata de cetero qualibet consuetudine in contrarium actenus observata. In hiis tam iudicialibus et etiam iudicialibus negociis exceptis causis in quibus iuramenta testibus vel partibus deferuntur. Si non unaquaque partium petitarum vel altera ipsarum non confiteatur vel neget proposita et allegata contra eam set taceat vel respondeat per alia verba ex quibus et per que teneatur iudicium pendenti. Tunc pars ipsa taliter tenens iudicium pendenti interrogetur et requiratur per insedentem duabus vicibus vel unam et reliquam infra competenti aliquo nominato intervallo quod confiteatur vel neget allegata et proposita contra eam. Et tunc si confiteatur vel negaverit procedatur ulterius prout de iure fuerit procedendum. Si vero post separatam unam interrogationem et requisitionem non responderit clare et aperte non confitendo vel negando allegata et proposita contra eam, et insedens dixit parti alteri quod procedat habeatur inmediate absque alia ammonitione pro confesso et procedatur in ea prout ac si clare et lucide confessa fuisset allegata et proposita contra eam. Etiam si postquam insedens dixerit parti alteri quod procedat licet negare proposita contra eam vel aliquid de eisdem. Salvo quod isto casu ubi predicta proponuntur. Et antequam pars confessa fuerit vel reputata fuit pro confessa ex aliqua dictarum parcium peteret inducias ad deliberandum et diceret se non esse super illis propositis informatum detur sibi terminus sex dierum non computato die termini assignati ad deliberandum et clare et aperte respondendum negando vel confitendo vel alius brevior terminus sive arbitrio curie considerata facti qualitate ibidem statuendus. Addicientes tamen et constituentes quod per predictas responsiones negativas factas per aliquam parcium predictarum non preiudicetur aliquibus exceptionibus iuribus et deffensionibus ipsi parti negati competentibus quas illas possit negare, excipere, opponere et probare prout poterat ante responsionem separatam. Et habeat locum etiam in pendentibus causis.

De negantibus acta contra vel nolentibus illa confiteri in iudicio facta.

Constituimus et ordinamus quod si actor vel reus proponit vel allegaverit aliquem terminum fuisse assignatum parti sue vel parti adverse aliquem processum factum aut aliquam sententiam latam pro se vel contra partem adversam in iudicio sive coram arbitris seu arbitratoribus presente parte contra quam proponit seu allegat vel contumaciter absente pars illa contra quam proponitur et allegatur teneatur clare et lucide statim

negare vel confiteri illud quod contra eum proponitur vel allegatur siquid fuit
confessa proposita vel allegata contra eum tunc ulterius procedatur prout de iure
fuit procedendum. Si non negavit proposita vel aliquid de propositis contra ea
et illa vel illud que vel quod negata fuit probentur vel probatum contra eum ea
dat ipsa pars que negavit in penam constitutionis edite contra negantes
ipsa pars que negavit in penam illam solvat expensas factas omnes vel premi
asso erit. Et ultra penam illam solvat expensas factas omnes vel premi
ssas fide facta de eis super negatione per eum. Si autem pars proponens et
allegans non probavit proposita et allegata per eum tunc ipsa pars proponens
et allegans cadat in penam xl. denariorum applicandorum parti adverse que
negavit et ei illico solvendorum quibus non solutis ultimus non audiatur
sed procedatur in causa ea ac si pars que ceciderit in penam et eam non
solvenit foret absens et contumax. Si non statim non confiteatur vel neget
sit ut supradictum est sed taceat vel respondeat per aliqua verba que
teneant iudicium in pendenti quacumque etiam si dicat se velle habere
consilium vel deliberare tunc subllatis premissis et quibuscumque aliis subter
fugiis et dillationibus pars contra quam proponitur et allegatur interrogetur
et requiratur per iusredentem duabus vicibus unam post aliam interveniente
cum aliquo modico intervallo quod confiteatur vel neget proposita et allegata
contra eum et tunc si confiteatur vel neget ~~proposita et allegata~~ procedatur
ut supra dictum est. Si non post predictam binam interrogationem et requi-
sitionem pars interrogata non videtur clare et aperte confitendo vel negando
et iusreddens dixerit parti alteri quod procedat habeatur postquam ius
reddens sic dixit post predictam binam interrogationem vel requisitionem
ipsa pars interrogata immediate absque aliqua alia astantium pro confessa
et procedatur in ea prout ac si clare et lucide confessa fuisset allegata et
proposita contra eum etiam si postquam iusreddens dixit parti alteri quod pro-
cedat velit negare contra eum proposita et allegata aut aliquid de eisdem
predicta tamen habeant locum quando premissa que proponuntur et allegantur
fuerint in iudicio facta citra annum unum proxime precedentem diem
qua predicta proponitur. Si non illa que proponuntur et allegantur facta fu-
erint ante predictum annum unum elapsum tunc parti contra quam propo-
nuntur petenti terminum ad deliberandum et iuranti eam sint nova propo-
sita contra eum detur et assignetur terminus sex dierum non computato die termini
assignati. In quo termino vel infra quem terminum prout alia parte
vel contumaciter absente teneatur precise confiteri vel negare clare et
lucide contra eum proposita ut supra est expressum. Alioquin habeatur
prout ac si de illis omnibus contra eum propositis expressa confessio facta

foret, ubi autem ambe partes aliqua acta et hincinde proponant et
petant hinc inde confiteri, vel negari per dictas partes tunc teneatur pars
contra quam tunc et in illo primo instanti primo fuit propositum primo re-
spondere vel confiteri proposita et allegata et postea immediate teneatur pars
contra quam secundario est propositum confiteri vel negare proposita et
allegata secundario contra eam sub forma ordine et penis premissis Et
habeat locum etiam in pendentibus.

De termino actori et reo dando peremptorio ad conclusionem cause.

Constitutionem supradictam fienti sub rubrica de termino ad probandum actori
et reo limitatis addendo constituimus quod si transacto termino
ad probandum actori et reo supradicta predictam constitutionem dato et
limitato litigantes vel aliquis eorum infra tres vel quatuor dies
utiles numerandos a die expirati termini xx. dierum eo assignati,
volunt vel voluerint et infra terminos in dicta constitutione reo assignatos
et actori assignatos producta, opposita, vel excepta aliqua de novo oppo-
nere excipere vel producere ad repellendum reprobandum vel excludendum
predicta vel eorum aliquod vel aliqua producta opposita vel excepta per litiga-
ntes vel aliquem eorum infra terminos xx dierum teneantur, vel teneatur
pars de novo volens producere opponere vel excipere aliqua ad repul-
sionem vel exclusionem predictorum ibidem statim declarare que et qua-
lia sunt illa que velliut producere opponere vel excipere, et tunc si
per assessorem curie fuit determinatum quod sunt talia que etiam si pro-
barentur non repellerent vel reprobarent vel excluderent illa que oppo-
nuntur, nullus ulterior terminus assignetur sed intelligatur in causa
conclusum Et si non per assessorem curie determinatum fuit quod sunt
talia que si probarentur repellerent vel excluderent illa contra que op-
ponuntur et relevarent partem allegantem et proponentem tunc
assignetur utrique parti terminus peremptorius sex dierum ad produ-
cendum et probandum quicquid voluerit, tam super exceptis replicatis

ista constitutio est correcta in totum per unam aliam de pendentibus.

et opponens qualitercumque hincinde infra decem terminos in dicta constitutione
contentos quod post lapsum dictorum terminorum super opponendo et decla-
natoriis et per consimilem [?] aliarum admissis. Qui vero terminis elapsis sit
et reputetur in causa conclusum et ulterius non valeat per aliquam personam
produci vel probari aliquid in dicta causa. Ex partibus petentibus vel aliqua earum
eligatur refferendarius unus in quo partes concordent et si de uno
non concordaverint eligantur duo vel plures equali numero per qualibet parte
qui processorum et productorum in iudicio faciant relationem. Qua relatione
facta illico ad diffinitivam sententiam procedatur sive coram dicto patria [?] sive
coram officialibus sententia fuit proferenda. Addicientes quod terminum statuendi
ad opponendum replicandum triplicandum et quadruplicandum sint
secundum formam aliarum constitutionum de materia ista loquentium non exce-
dant terminos in presenti constitutione contentos.

De allegantibus terminos probatorum non expirasse.

Constitutum et ordinatum quod si aliquis allegaverit vel opposuerit terminum
vel terminos ad probandum vel ad aliquem alium actum faciendum
limitatos fore transactos et pars adversa contrarium affirma-
verit et apparuerit se esse infra terminum quod probare tenebatur
cadat allegans et opponens terminum fore transactum in penam
quadraginta denariorum parti adverse illico solvendorum et solvat expensas
factas per dicta probatione facta et in eadem pena cadat pars dicens termi-
num non fore transactum si apparuerit ipsum transactum fore que pena
parti adverse ibidem persolvatur. Que pena non soluta per illum qui in
eam ceciderit perdatur in causa continencia [?] ac si foret absens
et contumax.

De mandatis et actis iudicum non valentibus probari per testes.

Constituimus et ordinamus quod mandata procuratorum actorum sindicorum et aliarum quarumcumque personarum nomine aliorum in iudicio intervenientium et legitimationes ipsorum probari non possint per testes sed per notam. Item quod acta in iudicio vel coram arbitris vel arbitratoribus facta presente parte vel contumaciter absente probari non possint per testes, nisi illa acta que quisquis velit probare per testes fuerint acta infra viginti dies precedentes diem qua dicta probatio occurrit, quo casu sibi concedatur probatio per testes quam tamen probationem debeat facere infra terminum sex dierum non computato die, allegatione et confessione probationis et sic predicta intelligantur restricta et limitata constitutione de regaliis acta [illegible]. Et habeat locum etiam in causis pendentibus.

De diebus feriatis computandis in terminis dictoi vel non limitatis ad placitum.

Constituimus et ordinamus quod in terminis in constitutionibus limitatis ad probandum vel aliquem actum faciendum computentur omnes dies quantumcumque feriati sint exceptis diebus feriarum nativitatis et resurrectionis domini ac messium et vendemiarum excepto etiam si propter guerram vel aliam necessitatem vel causam per iudicem decernitur fuerit causarum audientia suspensa vel prorogato terminorum.

De instrumentis seu aliis actis quorum copia est decreta in iudicio non legendis.

Constituimus et ordinamus quod quando est decreta copia in iudicio productorum vel aliquorum actorum et pars cui copia fuerit decreta petat in iudicio quod illa instrumenta vel acta legantur quod non audiantur vel legantur dicta instrumenta vel acta nisi pars volens contra dicta instrumenta vel acta aliquid opponere oretenus et ibidem in iudicio.

De actore seu reo ~~expellendis~~ f expediendis secundum ordinem secundum quem scripti sunt in cedula.

Constitutum et ordinatum quod si nec actor sive reus litigans qui sit descriptus in cedula qua litigantes faciunt se describi teneantur cum vocati fuerint per iudicem reddentem; tunc cum secundum ordinem cedule ipsum tangit procedere in termino suo. Alioquin ad instanciam alterius partis eo invito erit procedere in termino suo. Alioquin ad instanciam alterius partis eo invito procedi valeat prout de ac si foret absens. Et generaliter nisi procedat vel procedi valeat [illegible] quod non evenit potius voluit procedere, tunc intelligatur ille terminus conclusus et cassus et per casse penitus habeatur pro illa die.

De confiscationibus non tollentibus iura creditorum.

Constitutum et ordinatum quod si per aliquod delictum eius bona domino pervenerint vel alteri domino veniant confiscanda nullum preiudicium inferre valeant creditoribus sed ipsa confiscatio non obstante de bonis confiscandis satisfiat creditoribus ante dictam confiscationem et omnium confiscationis [illegible] iuste obligatum cum eius bona in preiudicium confiscantur.

De restitutione consilii [illegible].

Constitutum et ordinatum quod si aliquis in iudicio postquam partes inceperint litigare petierit et dixit se nolle habere consilium mediatum et admittatur [illegible] antequam recedat de conspectu iudicis pro dicto consilio [illegible] solvat salarium advocati partis adverse pro illo termino tantum. Aliud autem in eius contumaciam procedatur si consilium habere noluerit ultra formam dictam. Et nichilominus teneatur iuvare advocatus eius ultra [illegible] qui per malitiam non petit tale consilium, exceptis miserabilibus et evidenter [illegible] personis que possint habere consilium etiam salario advocati partis adverse non soluto.

De duobus non elligendis ad examinandum testes.

L

Constitutum et ordinatum quod si examinandi fuerint testes in iudicio sive extra unus examinator elligatur et non plures per litigantes in eam si de uno examinatore valeant acordare. Et si dicti litigantes de uno examinatore concordare non possint iusredddens elligat unum partibus non suspectum que suspecto si per aliquam partium allegetur per comunem assessorem diffiniatur utrum sit iusta suspitionis causa et habeat dictus examinator si examinat extra iudicium solidos quatuor pro quolibet teste. et si dictus examinator extra terram sive civitatis eductus vel missus fuerit pro testium examinatione fienda habeat ultra expensas suas et equi solidos viginti qualibet die et ultra solidos quatuor pro quolibet teste ut premittitur, pro copia non danda pro dictis testium publicatis habeat pro dicto cuiuslibet testis solidos duos in sui laboris recompensatione ;

D

De sentenciis super futuris non proferendis ;

Constitutum et ordinatum quod iusreddens ad instanciam litigancium vel alicuius eorum non debeat proferre a circumstantibus sententiam et diffinitionem quid iuris super futuris contingentibus ut quod extimo petat quid iuris si tali die non fecerit fide de tali facto vel si sic fiet vel erit tali die quid iuris et similium ex quibus petatur aliquam diffinitionem contraversiam vel litem aliquam oriri fuerit inter partes Exceptis casibus in quibus per contumaciam partis concedit[ur] sententiam fieri in absentia partis ;

D

De exceptionibus opponendis et replicationibus oretenus fiendis quando est decreta copia per curiam informandi ;

Constitutum et ordinatum quod quando est decreta copia aliquorum productorum in iudicio per curiam informandi [illegible], sic de consuetudine actenus observata sit etiam fieri decreto Constitutum de instantis producens ad probandum mei iura dicare et de instanti opponens actor et dominus auditione

et coram arbitris seu arbitratoribus actitatis ac etiam de aliis actis iudi-
cialibus et huiusmodi latis sive parte presente absente et non citata sive parte
absente et citata sive parte presente et fuit elapsi annus et dies a die
late sententie sive facti processus de quibus copia petitur et terminus sit ad
opponendum et excipiendum opponens seu excipiens contra predicta vel
aliquod predictorum opponat et excipiat ibidem in iudicio orectenus cum
quicquid opponere et excipere voluerit. Et in his oppositionibus et exceptionibus
factis siquidem placuerit parti contra quam opponitur et excipitur ibidem
orectenus respondere et quod ibidem determinetur questio, tunc debeat ibidem
terminari sine aliqua pretacione. Si autem placuerit parti contra quam
oppositum et exceptum est habere terminum ad replicandum contra op-
posita et excepta tunc sibi statuatur terminus durans tanti temporis
quanti habuit pars que opposuit et excepit et in die termini replicare
non possit nisi orectenus prout orectenus fuit oppositum et exceptum
et ulterius neutri partium aliquis terminus statuatur sed ad sententiam pro-
cedatur, hoc addito quod sive in termino statuto ad opponendum et excipi-
endum sive in termino ad replicandum in casibus supradictis exceptiones
oppositiones et replicationes fiant orectenus prout dictum est. Si partes
voluerint ultra unam exceptionem facere vel contra ipsas replicare
teneantur et debeant exceptiones et replicationes facere quotquot voluerint
dummodo non excedant quatuor, et tunc petatur
antequam petatur pro sententiam super predictis exceptionibus oppositionibus vel replicationibus propositis
pro sententiam super predictis exceptionibus oppositionibus [illegible]
et factis. Et [illegible] post latam sententiam super ipsis oppositionibus exceptionibus
oppositionibus et replicationibus, voluerint [illegible] dicte partes vel aliqua
earum alias de novo oppositiones, exceptiones et replicationes facere possit
et valeat teneantur et debeant dummodo non ultra quatuor opponere et
replicare simili modo ut supradictum est. et iterum tertio simili mo-
do. Ita quod tribus vicibus possint opponi, excipi et replicari pro qualibet
parte. Et predicta habeant locum quod possint tribus vicibus fieri oppo-
sitiones, exceptiones et replicationes in casu in quo in qualibet
vice de primis duabus vicibus fuerint facte non pauciores quatuor
oppositiones exceptiones et replicationes. Si vero in aliqua vice fuerint
facte pauciores quam quatuor pro aliquam earum partium, non audiatur
ipsa pars ulterius opponere excipere vel replicare volens.

De debentibus producere.

De debentibus producere exceptiones oppositiones seu replicationes in scriptis et non producentibus contra aliqua iura quorum copia est decreta pro utraque copiandi.

Item constituimus et ordinamus quod cum aliquorum iurium in iudicio productorum copia est decreta pro utraque copiandi et in termino statuto ad opponendum et excipiendum pars que opponere et excipere debet suas exceptiones et oppositiones non in scriptis non produxerit sed verbotenus eas in iudicio proponit petens aliquem terminum sibi assignari ad dictas exceptiones et oppositiones in scriptis reducendas, nullus sibi terminus penitus statuatur sed verbotenus ibidem si velit eas opponat et proponere teneatur et debeat secundum modum et formam in constitutione proxime precedenti declaratos et si pars contra quam opponuntur dicte exceptiones et oppositiones et non fuerint ibidem verbotenus respondere audiatur et in ea procedatur et pro terminum super ipsis petat. Si autem dicta pars contra quam producuntur dicte exceptiones seu oppositiones ibidem noluerit verbotenus respondere sed petierit terminum ad replicandum, tunc statuatur terminus tanti temporis quanti fuit illa pars que opposuit seu excepit. Quo termino adveniente sive replicationes producantur in scriptis sive verbotenus proponantur ultimo nullus penitus aliquis terminus statuatur ad triplicandum vel quadruplicandum, sed procedatur in eisdem secundum formam constitutionis proxime precedentis quando copia est decreta pro utraque informandi.

De propositionibus et allegationibus una vice tantum pro parte qualibet audiendis.

Constituimus et ordinamus quod quando litigantes comparent in termino eis vel alteri eorum statuto declarato termino, et ad quem terminum terminus fuit statutus, quo declarato pro allegationibus non reputatur, audiantur litigantes et eorum advocati proponentes et allegantes duabus vicibus pro qualibet parte et non ultra sed quieto ore silentes nec aliquid amplius allegent postquam inceptum fuit ... sub pena contenta in constitutione posita sub rubrica de ... vel reprehensibilibus.

De termino dato manutentori quod sufficiat citato ad domum.

Constituimus et ordinamus quod si aliquis manutentorem suum intendit producere sufficiat sibi facere citari ipsum per cedulam que porrigetur manutentori personaliter si ibi poterit alioquin sufficiat quod cedula dimittatur ad domum sive locum sive solite habitationis vel alicui de familia existenti in loco seu domo dicte solite habitationis vel prope.

De preferitate per cedulam bis fienda cedula ad domum dimissa debitore personaliter non invento.

non a stito

Constitutionem que dicit preferitatem pignorum fienda per cedulam declarantes constituimus quod si debitor cui fienda est preferitio per preconem personaliter non fuerit inventus si tunc ad domum sive locum habitationis eius alicui ex eius familiaribus seu habitatoribus domus vel in domo vel propinquis quod possit dicta cedula sit dimissa dum tamen isto tam pignorum fiat preferitio personaliter invento vel ad domum habitationis eius cedula preferitionis ut supra premittitur dimittatur, censeatur legitima preferitio antedicta.

De spoliato etiam per sententiam obtentam ipso non citato ne possit restituendo contra spoliatorem etiam possessionem annalem allegantem.

Constituimus et ordinamus quod si aliquis fuit per annum et diem in pacifica possessione bonorum vel immobilium aut rerum mobilium et ipso non citato dil potest alter illiusmodi rei eiusdem rei possessionem apprehendat etiam cum auctoritate domini et in ea possessione etiam per annum et diem pacifice steterit et agat ille qui asserat se per annum et diem pacifice possedisse antequam possideret ille contra quem super possessione exponit querimoniam teneatur ipsum contra quem querimoniam super dicta possessione intendit exponere citari facere cum terminis competentibus rationabilibus

prout in casu quando agitur de sindicatu est consuetum procedendo
quod relaxetur possessio rerum vel bonorum de quorum possessione est questio Et si super-
veniente tercio termino citatus non comparuit tunc si in curie communi acta pro-
bat fidem per agentem quod habuit possessionem annuam antequam ille a quo
petitur teneret possessionem rerum vel bonorum de quorum possessione agitur fiatque
etiam fide de ~~terminis~~ terminis supradictis de quibus si per curiam constiterit
fuit determinatum plenam et ydoneam fidem fecisse tunc mediante
decreto sibi nuncius ad inducendum eum in possessionem rerum vel bonorum de quibus
agitur et post quam curiam non audiat citatus contra inductum in pos-
sessionem et in possessione manutentum nisi vellet causam cum agente super
proprietate quo casu agere debeat cum ordine consueto quando agitur
de sindicatu Si vero citatus in aliquo trium terminorum sibi datorum comparuit
tunc si actor noluit consentire reo volenti quod disputetur super proprietate
et possessione super utraque valeat disputari et utrique possit et valeat
terminari super constitutionibus eas sindicatum tendentes Si vero ipse actor non
voluit super possessione tantum disputari tunc exclusa productione et probatione
quorumlibet iurium facientium ad proprietatem disputetur et diffinietur
solum super ~~proprietate~~ possessione nisi ipse reus allegaverit se in bonis
tibi vel rebus de quibus est questio ius acquisivisse a dicto actore sive
petitore vel ab aliquo alio habente causam ab eo quo casu disputari et decideri
terminari debeat questio ~~tam~~ tam super proprietate quam super possessione et
eo casu quo ut premittitur super possessione tantum est disputandum et decide-
ndum et reservata sint ipsis partibus et cuilibet ipsarum omnia iura que
habent in proprietate rerum vel bonorum de quibus est questio.

De Salario refferendariorum Rubrica

Constituimus et ordinamus quod quando una partium committunt uni vel pluribus
refferendariis in iudicio refferenda statim facta commissione
quorum credens cum consilio actuariorum habito respectu ad quanti-
tatem cause et consideratione ad laborem quem in [...] videndis et ver-
tet audire partium unius est dictus refferendarius subditurus taxet
salarium refferendarii vel refferendariorum qua taxatione facta mandet
fieri per partes depositum dicti salarii penes aliquem bonum virum

infra tempus relationis fiende quod depositum illico per depositarium post
relationem statim ipsi referendario vel successori referendarii impendatur.

Quia super exceptione facta in causa in quo allegatur possessio nouiter
acquisita et medeant allegata super petitorio, constitutioni
et ordinationi editis et factis super predictis aliqui videbantur
esse defectus. Ideo addendo innovando et declarando
sub data eiusdem constitutionis edite pridie et facte que incipit super
eodem et sunt super petitorio, et merito predicta constitutio in regno consueto
et ordinamus quod sit predicta et sunt etiam in pendentibus causis quasi
circa medium post verba et similiter audiatur alia pars super petitorio
addimus infrascriptam ordinationem, ubi si reus oppellatur ista alia pars iura
sua producere super proprietate, nisi ubi obstaret quod res de qua agitur
fuisset vendita ad incantum contra ipsum vigore alicuius executionis per sen-
tentiam latam contra ipsum vel si vendita fuit ad incantum contra ipsum
ratione alicuius obligationis quarentigiatae facte per ipsum quibus casibus postquam
ille si novam possessionem allegat iura sua vult producere super proprietate
et possessione, compellatur etiam alia pars iura sua producere super eisdem,
Aliter autem si non teneatur nec compellatur producere nisi super possessione an-
tiquiori et potiori, et postea sequuntur verba predicte constitutionis que
dicunt et tunc disputetur simul et semel. : sufficit : R

additiones

Expliciunt constitutiones antique et nove composite et celeb-
rate in castro sancti viti Deo gratias amen Amen.

Hec constitutio eadem est folio xxxviij° in statuto per folium.

Costitutum et ordinatum quod si aliquis fuerit citatus occasione alicuius exforcii et citatus legitime compareat et respondeat et alleget quod alterius nomine vel mandato accepit et fecit illud quod fecit teneatur ibidem nominare illum cuius nomine vel mandato dicit et asserit se fecisse, quem accepisse, quem relevatorem nominat. Et si dictus nominatus non esset sufficiens ad solutionem eorum que fuerint petita vel dicuntur accepta vel facta, idoneam sufficientiam prestet cautionem, qua non prestita personaliter penes dominum remaneat. Et teneatur dictum relevatorem cuius nomine vel mandato dicit se fecisse et accepisse illud quod fecit et accepit, infra sex dies computandos a die nominationis et abinde infra secundum distantiam locorum ad iudicium producere. Et si ipsum relevatorem non produxerit ipse teneatur respondere et in causa exforcii procedere principaliter et nomine proprio. Si vero produxerit ipsum relevatorem, tunc si dictus relevator fatetur eius nomine vel mandato factum vel acceptum illud quod per exforcio allegatur et petitur, et est sufficiens et ydoneus ad solvendum illud quod petitur, tunc citatus primo qui ipsum relevatorem nominavit, ipso iure intelligatur absolutus et in causa dicti exforcii cum dicto relevatore procedatur. Si vero dictus nominatus relevator non est sufficiens et ydoneus ad solvendum illud quod petitur, tunc dato quod confiteatur suo nomine vel mandato factum, quod fecit vel accepit, in isto casu primus citatus non intelligitur absolutus. Sed tunc si dictus relevator succubuerit in causa, intelligatur et eo debeat absolvi primus citatus et relevator per ipsum nominatus cum eis et eorum bona, et fiat executio contra primum citatum et in eius bonis, et contra eius fideiussores et eorum bona, sed ipse primus citatus habeat regressum contra relevatorem suum de omnibus dampnis que sustinuerit dicta occasione.

Vide de ordine iudiciorum in agitur super exforcio citatus nominante relevatore. Rubrica.

y35

Ite si fe simo ue nye lo uno de iacumo
dela neve de ulitiza ...
e si loue de ... 3 e ss 12 ... 90,

1481 adi 15 luggio —

Nota che adi 27 febrar 1501 el populo de Udine
fatta ghearme contra li citadini Rebeli li quali
no fono loro ma appezezia di mess Anto Savorgnan
fonero amazadi a questi Citadini
Mess Isidero di La tore e Mess fo fradeli
e nicolo loro nepote e Sol Domen di Sol Done
e batista bertulin e Frederigo di Colorero e
Tesro di Coloretio e polonio visinti e Zua
Lonardo di la fratina tutti forono morti in Venezia
e saccheggiadi Case 25 e brusade ....

Nota che adi 26 marzo fo uno grande
taramoto Cascho el Castelo di Udine 1501
e mi Justo Ottacin di Ottacin ... per memoria

Trovamo arbori cole sue vide ·1045·

arbori senza vide ·232·

Piantoni quide e parte senza ·773·

Fossal bon passa 440

rival passa ·50·

el quel sie el pie ·7· per paso

Margnerdo

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

Biblioteca Civica "V. Joppi"
ms. f.p. 975

Marquisado